¶ Ad reliqua vero obiecta contra secundum punctum dicitur ꝙ ista scientia dependet a theologia beatorum vt a lumine: ꝛ ꝙ sunt compossibiles simul in eodem. Nec sequitur ꝙ idē sit simul viator ꝛ comprehensor. sed sit simul comprehensor ꝛ habens scientiam quam acquisiuit in via. Alio modo non solum propter exclusionem discursus: sed propter perfectionē quā ex continuatione ad scientiam beatorum sortitur.

¶ Ad vltimum Durandi negatur theologales conclusiones non habere propter quid, quicquid sit de principijs. Et si idem propter quid nos et beati dicamur, non tamen eodem modo: quia illi euidenter: nos autē absq; euidentia. At si principia dicatur oportere habere: propter quid: responsum est, qō suff. cit ꝙ non sint euidentia in subalternata: sed in subalternante: ꝙ huiusmodi sunt principia theologie nostre: quia nanq; sunt propositio pure theologalis, que non habeat aliquo modo propter quid. Et sic patet responsio ad omnia obiecta.

¶ Super articulum tertium.

In titulo nota duos terminos: scilicet subiectum ꝛ predicatum, ly enim sacra doctrina, sumitur pro tota scientia theologica: ly vna supponit pro vnitate specifica speciei specialissime. Et aduerte caute quod hic quicquid sit de modo vnitatis ipsius scientie in communi, an scilicet sit vna vnitate simplicitatis an vnitate ordinis ꝛc. Nihil enim refert ad propositū quid quisq; sentiat. Sat est hic discutere an theologia sit scientia vna secundum speciem specialissimam: an non, sed sit diuisibilis in multas species: ꝛ vt mathematica diuiditur in Geometriā: Arithmeticam ꝛc. ita hec diuidatur in scientias plures: puta de Deo, de Christo, de moribus.

b ¶ In corpore est vna conclusio responsiua quesito affirmatiue. Sacra doctrina est scientia vna. probatur. vnitas potentie ꝛ habitus est secundū vnitatem rationis formalis obiecti, ergo sacra doctrina est scientia vna. Antecedens declaratur in potentijs visiua ꝛ ratione formali sui obiecti. Consequentia vero probatur. Omnia considerata in sacra doctrina communicant in vna ratione formali obiecti huius scientie: scilicet lumine diuine reuelationis: ergo.

¶ Ad euidentiam huius rationis nota duplicem esse rationem formalem obiecti in scientia alteram obiecti vt res: alteram obiecti vt obiectum: vel alteram: vt que alteram vt sub qua. Ratio formalis obiecti vt res seu que est ratio rei obiecte que primo terminat actum illius habitus. et vt qua fiunt passiones illius subiecti, et que est medium in prima demonstratione, vt entitas in Metaphysica, quantitas in Mathematica, ꝛ mobilitas in naturali. Ratio autem formalis obiecti vt obiectum vel sub qua, est immaterialitas talis seu talis modus abstrahendi ꝛ diffiniendi: puta sine omni materia in metaphysica, cum materia intelligibili tantum in mathematica, ꝛ cum materia sensibili: non tamen hac in naturali. Necessitas autem qualitas ꝛ distinctio harum rationum sumenda est ex distinctione duorum generum in quibus oportet locare obiectum scientie. Oportet enim quod formaliter sit talis res taliter scibilis. Et ideo oportet quod habeat ꝛ rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse reali: ꝛ rationem formalem constituentem formaliter ipsam in tali esse scibili: vt sic reponatur ꝛ in genere rerum ꝛ in genere scibilium: quemadmodum obiectum sensus est in duobus generibus: scilicet sub passibili qualitate ꝛ sub sensibili. Alie nanq; sunt differentie ꝛ species passibilis qualitatis, ꝛ alie sensibilis. Illius enim sunt species: color: sonus: odor ꝛc. Istius vero species sunt visibile. audibile: odorabile. Illius differentie sunt constitutiue rerum obiectarum: istius differentie nihil ponunt

Ad tertium

Sic procedit. Uidetur ꝙ sacra doctrina non sit vna scientia: quia secundum philosophum in primo posteriorum, vna scientia est que est vnius generis subiecti. Creator autē ꝛ creatura de qui bus in sacra doctrina tractatur: non continentur sub vno genere subiecti. Ergo sacra doctrina non est vna scientia. ¶ Preterea. In sacra doctrina tractatur de angelis, de creaturis corporalibus: de moribus hominum. Huiusmodi autem ad diuersas scientias physicas pertinent. Igitur sacra doctrina non est vna scientia.

Sed contra

Est quod sacra scriptura de ea loquitur sicut de vna scientia. dicitur enim Sap. 10. dedit illi scientiam sanctorum.

Respondeo

Dicendum, sacram doctrinam vnam

in ipsis rebus obiectis. Alle rursus constituunt subiecta: iste passiones: iuxta illud secundi de anima: vbi visibile predicatum secundi modi per se seu passio ponitur colotis. Et quemadmodum sensus distinctio ꝛ multiplicatio non attenditur secundum quamcunque diuisionem sensibilis qualitatis: sed solum secundum illum in illa quinque ex quibus fluit diuisio per se sensibilis in eo quod sensibile: per propias scilicet differentias ipsius sensibilis: puta

scientiam esse. Est enim vnitas potentie et habitus consideranda secundum obiectū: non quidem materialiter: sed secundum rationem formalem obiecti [c] puta homo asinus ꝛ lapis conueniunt in vna formali ratione coloratī: qō est obiectum visus. Quia igitur sacra scriptura considerat aliqua secundum ꝙ sunt diuinitus reuelata (secundum ꝙ dictum est [c]) omnia quecunq; sunt diuinitus reuelabilia communicant in vna ratione formali obiecti huius scientie: ꝛ ideo comprehendentur sub sacra doctrina, sicut sub scientia vna.

Ad primum

Ergo dicendum, ꝙ sacra doctrina non determinat de deo ꝛ de creaturis ex equo. Sed de deo principaliter: ꝛ de creaturis secundum ꝙ referuntur ad deum vt ad principium vel finem. Unde vnitas scientie nō impeditur. ¶ Ad secundum dicendum ꝙ nihil prohibet inferiores potentias vel habitus diuersificari circa illas materias que communiter cadunt sub vna potentia vel habitu superiori. quia superior potentia vel habitus respicit obiectum sub vniuersaliori ratione formali: sicut obiectum sensus communis est sensibile: quod comprehendit sub se visibile ꝛ audibile. Unde sensus communis cum sit vna potentia extendit se ad omnia obiecta. 5. sensuū. Et similiter ea que in diuersis scientijs physicis tractantur potest sacra doctrina vna existens considerare sub vna ratione: inquantum scilicet sunt diuinitus reuelabilia. Ut sic sacra doctrina sit velut quedā impressio diuine scientie: que est vna ꝛ simplex omnium.

¶ Sed contra responsionem insurgit maior difficultas: quoniam si verum est quod ratio formalis obiecti vt res, ꝛ ratio eius vt obiectum, se habent vt subiectum ꝛ passio conuertibiliter (vt prefata responsio sustinet: ꝛ prius est dictum) sequitur quod theologia beatorum ꝛ nostra conueniant in vna ratione formali obiecti vt obiectum est: et consequenter sint vna scientia secundum speciem specialissimam ꝛ consequenter ruit tota subalternatio articuli precedens vt ibi arguebat Scotꝰ: quia idem non subalternatur sibi. Probatur sequela sic. Iste theologie conueniunt in ratione formali obiecti vt res: quia deitas est ratio formalis vtrobique: ergo in ratione formali obiecti vt obiectum. Patet consequentia: quia ille due rationes formales conuertibiliter se inferunt: vt subiectum ꝛ passio secundum dicta. Oportet enim conueuientia in vnitate subiecti, quod conueniant in vnitate passionis illius: quoniam inseparabilis est passio a subiecto. Ad hoc dicitur, ꝙ illa propositio. f. ratio formalis obiecti vt res, ꝛ ratio eius vt obiectum, sunt conuertibiles ꝛc. verissima est, sane intellecta. f. de rone formali obiecti vt sic, adequata rationi formali rei. Secus autem est de ratione formali obiecti vt obiectum: inadequata rationi formali obiecti vt res, si contingit aliquod obiectum habere rationē inadequatam: quoniam inadequatā nō oportet conuerti cum ratione rei: sed inferre quidem illam, ꝛ non necessario inferri ab illa. Sic autem est in proposito: quia deitati respondet vna tantum ratio formalis adequata obiecti vt obiectum est ꝛ hec est lumen diuinum. Sed illa ratio formalis non est vna speciei sed in gñe: ꝛ diuiditur in lumen diuinum euidens, ꝛ lumen diuinum reuelans abstrahendo ab euidentia ꝛ ineuidentia: ꝛ lumen diuinum ineuidens: ꝛ primum est ratio sub qua theologie beatorum: secundum nostre: tertium fidei. Et propterea cum vnitate rationis formalis obiecti vt res, stat diuersitas specifica rationum formalium obiecti illius vt obiectum: ꝛ consequenter diuersitas specifica habituum. Et ideo quāuis deitas conuertatur cum illa ratione adequata, et mutuo se inferant: non tamen conuertitur cum aliqua specie illius: ꝛ consequenter nullam earum determinate infert: sed infertur a singulis: valet enim deus sub ratione deitatis est obiectum talis scientie: ergo sub lumine diuino ꝛ econuerso. Sed non valet, ergo sub lumine euidenti: aut ergo sub lumine reuelationis ꝛc.

¶ Et vt scias radicē responsionis huius, aduerte ꝙ ly due rationes formales sepius nominate se habeant conuertibiliter, vt subiectum ꝛ passio, non tamen conuertibiliter se habent in gradu vnitatis: ita ꝙ si altera vna est vnitate specifica specialissime, altera quoque sit sic vna: ꝛ si altera est vna genere ꝙ reliqua quoq; sit vna generice: imo totum oppositum in pluribus apparet. Nā in obiecto metaphysice ratio entis est vna minus quam genere: ꝛ tñ ratio siue speculabilitatis sc̄z abstractio a materia sensibili ꝛ intelligibili, est vna secundum speciem specialissimam. Et idē apparet in geometria ꝛ arithmetica: quarum subiecta habent vnitatem genericam vt res: ꝛ speciei athome vt obiecta. Et per oppositum quandoque ratio rei est vna secundum speciem athomam: ꝛ ratio obiecti vt sic est vna secundum genus: vt in proposito contingit de deitate ꝛ lumine diuino. Et merito opposito modo obiectum theologie se habet ad obiecta predictarum scientiarum: qz obiectum formale vt res est, infinitum est. Consonat quippe rationi: vt rei species infinita excedat species obiecti finitas: quis adequetur generi. Posset quoq; dici ꝙ ratio formalis obiecti dupliciter assignat. f. ex parte obiecti: ꝛ hec conuertibiliter se habet ad rationem rei. Uel ex parte defectus potentie: ꝛ hec non conuertitur, sed infert rationē formalem rei, ꝛ non infertur ab illa. Sic autem est in proposito: quia deitas ꝛ lumen diuinum conuertuntur: sed deitas ꝛ lumen diuinum sic non conuertuntur: sed tale lumen infert ꝛ claudit in se deitatem: non autem econuerso. Et ideo licitum fuisset etiam sub ratione formali rei subsumere lumen reuelationis: quoniam in hoc clauditur illa.

¶ Circa antecedens est dubium, habens campum valde magnum, de vnitate ꝛ diuersitate habitus ꝛ potentie ex obiecto: ꝛ propterea oportet de hoc facere potius questionem specialem. Sat sit hic ꝙ antecedens illud ex secundo de anima habetur: vbi potentie per actus ꝛ actus per obiecta distingui dicuntur. Idem est enim de actu ꝛ habitu iudicium quo ad hoc.

¶ Circa propositionem assumptam in probatione consequentie, scilicet omnia considerata in sacra doctrina conueniunt in vna ratione formali id est reuelabilitate diuina, dupliciter dubitatur. Primo contra ipsam in se. Secundo contra ipsam vt applicatur ad inferendum vnitatem specificam theologie. Contra ipsam quidem in se arguit Albertus magnus in primo libro summe sue theologie reuelabilitas nihil ponit in reuelata: ergo non est ratio formalis. Tenet sequela: quia ratio formalis po-

rit aliquid in obiecto, cuius est ratio. ¶ Deinde arguit aureolus. Lumen diuinum se habet ad theologiam vt intellectus agens ad scientias acquisitas: ergo non est ratio formalis.

¶ Preterea: deus se habet vt preceptor: ergo sua reuelatio nō est ratio formalis. ¶ Contra ipsam autem infert vnitatem scientie arguit. Aureolus. Si deus reuelaret simul physiophiam & geometriam, non propterea esset vna scientia: ergo ex vnitate reuelationis non sequitur vnitas scientie &c.

¶ Pro euidentia responsionum ad has obiectiones, vltra predicta scito q̄ lumen diuine reuelationis dupliciter comparari potest ad aliquam scientiam. Primo vt infundens ad infinitum, seu causa efficiens ad effectum. Et sic non dat vnitatem scientie: quoniam potest omnes scientias quantūcūq; diuersas infundere. Alio modo vt ratio seu modus cognoscendi obiecti: sub quo seu qua attingatur res reuelata a cognoscente. Et sic dat vnitatem scientie. Et quamuis ista duplex comparatio concurrat hic simul: non tamen oportet semper simul concurrere: si enim deus reuelaret mihi geometriam: non propterea reuelatio esset ratio sub qua obiecti geometrie mee: quoniam ego scirem geometricalia sub illa met ratione formali qua alij geometre scirent. Sed in theologia concurrit vtraque comparatio: quoniam & hec scientia non nisi per infusionem habita est: & res scite in ea omnes attinguntur & eis assentitur vt subsint diuino lumini, vt modo cognoscibilitatis earum. Et propterea vnitas theologie infertur in litera ex vnitate diuini luminis, non vt infundens est: sed vt est ratio formalis sub qua, modo superius expolito.

¶ Et ex his patet facile responsio ad obiecta. Nam ratio Alberti equinocat de ratione obiecti: ex conditionibus rationis formalis obiecti vt res, excludendo rationem formalem obiecti vt obiectum &c. Prima autem ratio Aureoli deficit: quia lumen diuinum se habet vt intellectus agens, sed non tantum: sed etiam vt ratio formalis obiecti vt obiectum est. Secunda vero eodem modo deficit: quia preceptoris illuminatio hic non solum est infusio, sed ratio rei infuse sub qua. Et rursus falsum est: quod ab vno precepto vt sic: possint plures scientie prouenire. Ad vltimum autem Aureoli iam patet quod consequentia nihil valet: quia lumen diuinum infundendo physicam simul & mathematicam, non concurrit vt ratio obiecti vt obiectum est: sed vt infundens tantum &c.

¶ Vtrū sacra doctrina sit scientia practica. ¶ Articulus quartus.

1. ar. 5. 6. 7. pl. ar. 3. q. 1.



Ad quartum Sic proceditur. Videtur quod sacra doctrina sit scientia practica. Finis enim practice est operatio secundum philosophum in. 2. meta. Sacra autem doctrina ad operationem ordinatur: secundum illud Jac. 1. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Ergo sacra doctrina est practica scientia. ¶ Preterea. Sacra doctrina diuiditur per legem veterem & nouam. Lex autem pertinet ad scientiam moralem: que est scientia practica. Ergo sacra doctrina est scientia practica.

Sed contra Omnis scientia practica est de rebus ab homine, vt moralis de actib' hominum & edificatiua de edificijs. Sacra doctrina attendit vnam rationem communem speculabilibus & operabilibus: scilicet inquantum sunt diuinitus reuelabilia: ergo. Consequentia probatur: quia huiusmodi scientia est sicut scientia dei: qui scientia eadem est & opera sua: ergo.

¶ Aduerte hic pro claritate litere tria. primum circa probationem consequentie ex antecedente probatur: q̄ illa probatio est optima, & a priori & non per locum a simili. Cum enim theologia nostra nihil aliud sit q̄ impressio & sigillum proprium scientie diuine (quoniam viraque est de deo inquantum deus: & hec ab illa deriuatur sub illius luminis proprie quamuis parua participatione.) consequens est q̄ vnitas illius vnitatem istius, & alitudo illius quia ad vtrunq; genus extenditur altitudinem istius inferat. Et propterea ly sicut, in litera pro probatione apposita non dicit puram similitudinem: sed assimilationē proprii exemplati ad proprium exemplar &c.

¶ Secundum est q̄ media in litera posita sese habent: q̄ hec doctrina ideo comprehendit sub se vtrunq; scilicet speculatiuum & practicum: quia vna existens extendit se ad omnia. Et hoc ideo: quia sub vna ratione formali omnia considerat: & hoc ideo: quia est imitatio propria scientie qua se &c. deus scit &c.

¶ Tertium est circa ly, vnde licet in scientia: potest enim elici alia ratio ad probandam eādem consequentiam. Intendit enim quod quia si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negationis & econuerso: vt dicitur in primo posteriorum. Cum ex antecedente habeatur vnitas rationis formalis in theologia cum diuersitate rationum formalium physicarum scientiarum: & consequenter q̄ diuersitas rationum formalium diuersificat physicas in speculatiuam & practicam, sequitur quod ex non diuersitate seu vnitate rationis formalis theologie: ipsa erit vna simul continens speculatiuam & practicam.

¶ Secunda conclusio est. Theologia est magis speculatiua quā practica. Probatur dupliciter. primo. Agit principalius de rebus diuinis quam de actibus humanis: ergo. Secundo sic. agit de actibus humanis propter deum: ergo. probatur antecedens: quia in speculatione consistit finalis beatitudo.

¶ Circa predicta aduertenda sunt duo. Primum est quod hec interpretatio prime conclusionis non est ficta aut noua: sed in corpore articuli insinuata: vt patet diligenter ponderanti quid importat dicere quod vna existens extendit se &c. & considerāti quod loquitur de vnitate specifica quam constat per se vnum constituere. Per hoc enim manifeste excludit rudem interpretationem eorum qui intelligunt theologiam comprehendere in se practicum & speculatiuum per modum aggregationis: tam enim non esset vna prie non comprehenderet sub se vtrunq; vt in litera dicitur: sed componeretur ex vtroque. Et quorsum ratio de identitate scientie dei adducta esset in litera? ¶ Et vt omnis horum enucuetur fantasia, videant Sanctum Thomam sēda sēde. q̄. 45. artic. 3. vbi expresse ponit sapientiam infusam quam hic assumit: quia scilicet quanto est altior ratio tanto ad plura se ad dignitatem. Cum ergo ista scientia sit dignissima vt patebit, & habeat rationem vnam communem omnibus practicis & speculatiuis: & sit diuinitus ordinis: tenebuis inuolui opus est cum qui aliter interpretatur eam comprehendere vtrunque quam vt scientia altioris ordinis. Patet etiam idem ex calce precedentis articuli: vbi expresse hec doctrina ad alias scientias proportionem habere dicitur: sicut sensus communis ad sensus proprios: & ideo non diuersificari ex differentijs obiectorum earum, vtpote altioris ordinis. Et tangitur vtraque ratio hic assignata: & ex parte vnius rationis formalis altioris: & ex parte imitationis diuine scientie: quia scilicet est impressio & sigillatio propria illius que est vna & simplex non per aggregationem omnium. Nec obstat comparatio subiuncta in secunda conclusione: quoniam cum hoc quod est eminenter vtrunque stat quod sit formaliter vtrunque: sicut sol est eminenter calefactiuus & exciatiuus: & tamen formaliter. Et deus est eminenter intelligens & volens & exequens: & tamen formaliter. Nec intendit aliud per illam comparationem: nisi quod scientia speculatiua magis accedit ad naturam theologie quam practica: sicut si diceremus quod sensus communis magis habet de natura visus quam auditus, sensus esset quod conditiones visus & sensus communis magis conueniunt quam conditiones auditus et sensus communis. Nec secus est in proposito. Nec etiam obstat si alicubi Sanctus Thomas dicit quod est simpliciter speculatiua. Et secundū quid practica: quoniam ratio dicti est: quia speculatiuum sonat differentiam perfectam scientie, practicum vero minus perfectam: & conditiones speculatiue magis conueniunt tam excellenti scientie q̄s conditiones practice. Dicitur ergo speculatiua simpliciter: id est sine additione aliqua quia est formaliter speculatiua, eminenter tamen. Dicitur autem practica secundum quid & non absolute ne detur intelligi quod sit scientia imperfecta: qualescunq; illie que absolute dicuntur practice. Nec refert ad propositum: an ponatur habitus theologie & vniuersaliter scientie vnus propter simplicitatem qualitatis: an vnus propter vnitatem ordinis specierum intelligibilium: vtroq; namque modo oportet altioris gradus esse vel ordinem vel qualitatem, quam sit ordo aut qualitas constitues speculatiuam distinctam contra practicam & econuerso. Secundum est q̄ ex hac expositione manifestum apparet quod nec ex eo q̄ conditiones scientie speculatiue: nec ex eo q̄ conditiones scientie practice conueniunt hinc scientie potest inferri: ergo theologia est speculatiua: aut ergo est practica, vt vna distinguit cōtra aliam: sed ergo est speculatiua, vel eminenter continens rationem speculatiue: & similiter ergo est practica vel eminenter continens rationes practice: & similiter ergo est affectiua vel eminenter continens rationem affectiue. Unde rationes Sco. in. 1. lo. q̄. 4. ex diffinitione scientie practice & ex obiecto huius scientie: quia scilicet ex eo sumuntur principia regulantia praxim: & huiusmodi, non concludunt eam esse practicam. Sed si valent cōcludunt (vt dictum est) eam esse vel practicam, vel eminenter continere rationem practice. Et propterea tu qui disputationibus vacas, vtere hac responsione, & distinctione illa de precise & non precise tali: puta regula operis seu speculari &c. quod enim est precise tale: est aut practicum aut speculatiuum: quod autem est tale sed non precise est quid altius: vt patet ex dictis. Iuxta hec remanet questio specialis de praxi & practico secundum habenda.

¶ Vtrum sacra doctrina sit dignior aliis scientijs. Articulus. 5.



Ad quintum Sic proceditur. Videtur q̄ sacra doctrina non sit dignior aliis scientijs. Certitudo enim pertinet ad dignitatem scientie. Sed alie scientie, de quarum principijs dubitari non potest, videtur esse certiores sacra doctrina cuius principia. s. articuli fidei dubitationem recipiunt. Alie igitur scientie videntur ista digniores.

¶ Preterea. Inferioris scientie est a superiori accipere: sicut musicus ab arithmetico. Sed sacra doctrina accipit aliquid a physicis disciplinis. Dicit enim hiero. in epistola ad magnum oratorem vrbis rome: quod doctores antiqui in tantum philosophorum doctrinis atq; sententijs suos resperserunt libros: vt nescias quid in illis prius admirari debeas: eruditionem seculi an scientiam scripturarum. Ergo sacra doctrina est inferior aliis scientijs.

Sed contra Est quod alie scientie dicuntur ancille huius: prouerbio. 9. misit ancillas suas vocare ad arcem.

Respondeo Dicendum: q̄ cum ista scientia quantum ad aliquid sit speculatiua: & quantum ad aliquid sit practica: omnes alias transcendit tam speculatiuas q̄s practicas. Speculatiuarum enim scientiarum vna altera dignior dicitur: tum propter certitudinem tum propter dignitatem materie. Et quantum ad vtrumque hec scientia alias speculatiuas scientias excedit. Secundum certitudinem quidem: quia alie scientie certitudinem habent ex naturali lumine rationis humane que potest errare: hec autem certitudinem habet ex lumine diuine scientie, que decipi non potest. Secundum dignitatem vero materie: quia ista scientia est principaliter de his que sua altitudine subditis rationi humane ergo iste est de dignioribus. Fundatur hec ratio super illud secundi meta. sicut oculus noctue ad lumen solis &c. inde siqui dem habetur quod excedentia vim intellectus nostri sunt manifestissima in se ac lucidissima: ac per hoc propie rationes substantiarum intellectualium que remanent occulte propter excellentiam earum, sunt digniores illis earundem conditionibus, quas ex sensibilibus abstrahere possumus in metaphysica &c. & ideo cum de huiusmodi excedentibus sit ista scientia: sequitur quod sit de dignioribus: non rebus quia nulla res deo est dignior: sed rerum conditionibus. Secunda autem cōclusionis pars probatur. Practicarum illa dignior que ad vlteriorem finem non ordinatur: sed finis huius est finis vltimus finium omnium aliarum: ergo. Probatur maior in ciuili & militari. Minor vero quia finis huius est beatitudo eterna. Aduerte hic quod maior intelligitur non absolute vt iacet sed de practicis subordinatis: quoniam non est verum inter practicas disparatas dignior est que ad vlteriorem finem non ordinatur. Dignius nanq; est ministrare superioris ordinis arti: puta aurifici: quam principali in arte inferioris ordinis: puta figuli: sed inter practicas: quarum vna subordinatur alteri: procul dubio maior est vera: & propter ea in litera non subsumptum est absolute: sed theologie finis non subordinatur ad alterum: sed subsumpta sunt duo & quod omnes alie practice subordinantur isti: docendo: quod fines aliarum scientiarum practicarum ordinantur ad finem istius: & q̄ finis istius est vltimus &c. Sic enim perfecta est ratio, omni exclusa calumnia. Sed memento hic primo illius distinctionis finis: scilicet in finem rationis operandi seu rei operate: & in finem operantis: quoniam beatitudo eterna non est finis vltimus omnium operantium: cum multi operentur contra illam a virtute recedendo: secundum artes tamen recte operando: sed est finis omnium rationum operandi: & omnium rerum operatarum: quoniam omnia ordinantur ad bonum rationis: quod tandem ordinatur in beatitudinem eternam: & ideo in litera caute dicitur, q̄ fines aliarum scientiarum: & non dicitur fines scientium ordinantur ad beatitudinem eternam. Memento secundo alterius distinctionis: scilicet finis intrinseci & extrinseci: & intellige quod finis extrinsecus theologie inquantum practica est beatitudo que est vltimus finis: id est visio dei licet finis intrinsecus eius vt sic sit operari. Nec hoc obstat efficacie rationis in litera facte: que de fine intrinseco practicarum scientiarum loquitur: quoniam litera loquitur de fine proximo siue extra: siue intus: nihil enim refert quo ad dignitatem practice: an finis causa nobilitans afferatur intus vel extra: dūmodo sit proximus: sic autem est in proposito: quoniam vt in precedenti articulo dixit autor: de operibus nostris tractamus quatenus per ea ordinamur ad dei contemplationem: cetere autem scientie docent operari propter hunc finem remote. Hoc autem scilicet quod hec scientia inquantum practica habet eundem finem proximum quem habet inquantum speculatiua: licet alio modo: quia extrinsece, conuenit huic scientie: quia est secundum quid practica: si enim esset pure practica: speculari remotus eius finis esset.

¶ Responsio ad secundum, duabus distinctionibus vtitur: accipere dupliciter a superiori vel ab inferiori: & hoc dupliciter: vel propter defectum seu in sufficientiam accipientis: vel subtilionem defectus alieni. Puta intellectus nostri in proposito.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Articulum sextum.

In titulo nota ly sapientia: id est notitia ordinativa, & iudicativa de aliis vt caput: hoc enim sapientie nomen importat: vt patet sexto ethi. in communi loquendo.

b In corpore vna conclusio est responsiua quesito affirmatiue. Sacra doctrina est maxime sapientia inter omnes sapientias humanas: non solum in genere sed simpliciter. Et aduerte q ly simpliciter: determinat sapientiam humanam: sicut etiam ly in genere: ita q sensus est: q sacra doctrina tam relata ad sapientias in genere quã ad sapientiam humanã simpliciter: est maxime sapientia. Probatur. sacra doctrina determinat proprissime de deo secundum q est altissima causa: ergo sacra doctrina est maxime sapientia &c. antecedens probatur. determinat de deo non solum vt cognoscibili per creaturas: sed secundum quod sibi soli naturaliter est notus: ergo proprissime &c.

¶ Circa antecedens & eius probationẽ nota, q ea q̃ nobis naturaliter occulta sunt de deo quemadmodum magis propria sunt deo in cognoscendo, ita & in essendo: & propterea scientia determinans de deo secundum illa que soli deo sunt nota: est scientia de deo ex propriis dei: & ideo merito dicitur q proprissime determinat de deo: & quoniam secundum huiusmodi propria habent prima suprema que fundamẽta causalitatis diuine: idcirco dicitur qõ determinat proprissime de deo secundum quod est causa altissima. Ueruntamen hic caue esto: quoniam ly secundum qõ est altissima causa: dupliciter potest exponi. Uno modo vt ly secundum determinet rationem formalem dei, vt est subiectum sacre doctrine: & sic falsum est assumptum: quoniam vt in sequenti patet articulo: deus inquantum deus est subiectum eius: & non inquantum causa altissima. Alio modo: vt ly secundum determinet quandam specialem rationẽ dei: clausam infra latitudinem conditionum pertinentium ad considerationem sacre doctrine: eo qõ consequitur deitatem: & sic est verum. Intendit enim littera quod sacra doctrina considerat de deo proprissime: & consequenter secundum q etiam causa altissima: quod ad sapientiam spectat.

¶ Consequentia: autem probatur; iudicium de inferioribus habetur per causam altiorem: ergo considerans causam altissimam generis alicuius est sapiens in illo genere: ergo considerans causam simpliciter altissimam totius vniuersi: id est deum: est maxime sapiens: ergo si qua considerat deum proprissime secundum qõ est causa altissima; illa est maxime sapientia inter omnes tam in genere q̃ simpliciter: quod erat cõsequentia probanda: assumptum est clarum: & prima consequentia probatur quidem: quia sapientis est iudicare & ordinare. Manifestatur vero in genere edificij: & in genere totius humane vite: cum authoritatibus scripture adiunctis: vt patet in litera: secunda vero ex eodem probata relinquitur medio: subintelecta proportionalitate cause altissime in genere: ad sapientiam in genere, & cause altissime simpliciter: ad sapientiam simpliciter: & ex testimonio Augustini confirmatur. Uocatur autem in hac deductione sapientia simpliciter maxime sapientia: ad denotandum excessum eius super sapientias in genere: tertia autẽ cõsequentia q se nota relinquitur: qm̃ si considerãs simpliciter altissimam causam: id est deum est simpliciter & maxime sapiens: respectu sapientium in genere hoc aut illo: oportet q considerans eandem causam altissimam ex propria non solum sit simpliciter: sed & maxime sapiens: & respectu sapientium in genere, & respectu sapientis simpliciter: vtpote transcendens ipsum in hoc: quod propria altissime causa rimatur: cum illa sistat in communibus, & his que per communia scire possunt: cõsequentia quas de deo, Metaphysica habet aut sunt communes si sunt simplices: & vt ens verũ bonum: aut sunt ex communibus composite: si sunt proprie deo: vt actus purus: primum ens &c.

a ¶ Utrum hec doctrina sit sapientia. Articulus sextus.

1.p.ar.3 Et. 1. p lo. p.n° Et. 2. 3 ca. 4 si.

Ad sextum Sic procedit. Uidetur quod hec doctrina non sit sapientia. Nulla enim doctrina que supponit sua principia aliũde digna est nomine sapientie: quia sapientis est ordinare & non ordinari. 1. metaphysi. Sed hec doctrina supponit principia sua aliunde (vt ex dictis patet c). Ergo hec doctrina non est sapientia.

¶ Ꝑ. Ad sapientiam pertinet probare principia aliarum scientiarum: vnde & caput dicitur scientiarum, vt. 6. ethi. patet c. Sed hec doctrina non probat principia aliarum scientiarum. Ergo non est sapientia.

¶ Ꝑ. Hec doctrina per studium acquiritur: sapientia autem per infusionem habetur: vnde inter septem dona spiritussancti connumeratur: vt patet Isa. 2. Ergo hec doctrina non est sapientia.

Sed contra est quod dicitur deute. 4. in prin. Hec est nostra sapientia & intellectus coram populis.

b Respondeo Dicendum quod hec doctrina maxime sapientia est inter omnes sapientias humanas: non quidem in aliquo genere tantum: sed simpliciter. Cum enim sapientis sit ordinare & iudicare: iudicium autem per altiorem causam de inferioribus habeatur: ille sapiens dicitur in vnoquoque genere qui considerat causam altissimam illius generis: vt in genere edificij artifex qui disponit formam domus dicitur sapiens & architector respectu inferiorum artificum qui dolant ligna vel parant lapides. Unde dicitur. 1. cor. 3. Ut sapiens architector fundamentum posui. Et rursus in genere totius humane vite prudens sapiens dicitur, inquantum ordinat humanos actus ad debitum finem. Unde dicitur prouer. 10. Sapientia est viro prudentia. Ille igitur qui considerat simpliciter altissimam causam totius vniuersi que deus est maxime sapiens dicitur. Unde & sapientia dicitur esse diuinorum cognitio (vt patet per Augustũ. 12. de tri.) Sacra autem doctrina proprissime determinat de deo secundum quod est altissima causa: quia non solum quantum ad illud quod est per creaturas cognoscibi le (quod philosophi cognouerunt c: vt dicitur Rom. 1. Quod notum est dei, manifestũ est illis.) Sed etiam quantum ad id quod notum est sibi solt de seipso, & alijs per reuelationem communicatum. Unde sacra doctrina maxime dicitur sapientia.

Ad primũ Ergo dicendum: q sacra doctrina non supponit sua principia ab aliqua scientia humana: sed a scientia, diuina a qua sicut a summa sapientia omnis nostra cognitio ordinatur.

¶ Ad secundũ dicendum, q aliarum scientiarum principia vel sunt per se nota, & probari non possunt: vel per aliquam rationẽ naturalem probantur in aliqua alia scientia. Propria autem huius sciẽtie cognitio est q̃ est per reuelationem: non autem est per naturalem rationem. Et ideo non pertinet ad eam probare principia aliarũ scientiarum: sed solum iudicare de eis. Quicquid enim in alijs scientijs inuenitur veritati huius sciẽtie repugnans: totum cõdemnat & falsum. Unde dicitur. 2. corin. 10. Consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei.

c ¶ Ad tertium dicendum, q cum iudicij ad sapientem pertineat secundũ duplicem modum iudicandi duplicitur sapientia accipitur. Contingit enim aliquẽ iudicare vno modo per modum inclinationis: sicut qui habet habitũ virtutis recte iudicat de his que sunt fm virtutem agenda inquantũ ad illa inclinatur. Unde & in. 10. ethi. dicitur q virtuosus est mensura & regula actuum humanorum. Alio modo per modũ cognitionis: sicut aliquis instructus in sciẽtia moralli posset iudicare de actibus virtutis etiãsi virtutem non haberet. Primus igitur modus iudicãdi de rebus diuinis pertinet ad sapientiam que ponitur donum spiritussancti: fm illud corin. 2. Spiritualis homo iudicat oia &c. Et dio. dicit. 1. ca. de di. no. Jerotheus doctus est non solũ discens sed et patiens diuina. Secundus autem modus iudicãdi pertinet ad hanc doctrinam fm q̃ per studium habetur: licet eius principia ex reuelatione habeantur.

¶ Utrum deus sit subiectum huius sciẽtie. Articulus septimus.

Ad septimũ Sic procedit. Uidetur quod deus non sit subiectum huius scientie. Jn qualibet enim scientia oportet supponere de subiecto quid est secundum Philosophum in primo posteriorum. Sed hec scientia non supponit de deo, quid est: dicit enim damascenus: Jn deo quid est, dicere impossibile est. ergo deus nõ est subiectum huius scientie. ¶ Preterea, Omnia que

Considerantur nanque huiusmodi deus vt stat sub conceptu communi: et relatiuo aut negatiuo vt patet. Ante omnes autem hos modos potest considerari deus secundum suam propriam quidditatem: hec enim est prima secundum naturam cognitio omnium et fundamentum ceterarum: et hanc quidditatem circumloquimur deitatis nomine. Et sic querendo an deus sub ratione deitatis vt distinguitur contra rationem bonitatis &c. sit subiectum huius scientie: est querere vtrũ deus sub ratione sue propie quidditatis sit subiectũ formale huius scientie: ita quod quidditas dei sit ratio formalis huius subiecti vt res est &c.

b ¶ In corpore duo ponuntur. primo conclusio responsiua quesito affirmatiue: & cum do referũtur aliorum dicta. Quo ad primũ conclusio est: deus est subiectum huius scientie: probatur dupliciter: primo obiectum alicuius potentie vel habitus est id sub cuius ratione omnia referuntur ad potentiam vel habitum: ergo subiectum scientie est sub cuius ratione omnia considerantur in scientia: ergo subiectum huius scientie est deus: antecedens manifestatur in obiecto visus. prima vero consequentia probatur: subiectum ad scientiam se habet sicut obiectum ad potentiam vel habitum: ergo si obiectum &c. Secunda autem consequentia probatur: omnia considerantur in sacra doctrina sub ratione dei: ergo si subiectum &c. Assumptũ probatur: quia omnia vel sunt deus: vel ad deum ordinantur: vt principium: aut finem &c.

¶ Circa probationem prime consequentie: aduerte quod illa propositio assumpta sicut obiectum ad potentiam: ita subiectum ad scientiam: non est opus quod curat quo ad omnia: sed sat est propositio: quod teneat quo ad proportionem rationis formalis: ita quod sicut ratio formalis obiecti potentie est ea qua omnia referuntur ad illam potentiam: ita ratio formalis subiecti scientie est illa ratione cuius omnia considerantur in illa scientia. Utrum autem teneat similitudo quo ad alia: puta quo ad communitatem: vt sicut obiectum formale potentie est aliquid commune omnibus per se obiectis illius potentie: ita subiectum scientie debeat esse aliquid commune omnibus per se subiectis illius: non est presentis propositi: quamuis manifeste pateat hinc quod non oportet hanc similitudinem saluare: quia ponitur subiectum huius scientie non aliquod commune: sed deus vt deus: quem vt sic constat esse singulare quoddam. Hec obstat quod in primo sententiarum. articulo quarto prologi dixerit Sanctus Thomas, quod subiectum scientie habet hanc conditionem: scilicet quod est commune per predicationem: quoniam illud est verum secundum communiter accidentia: & non necessario videmus enim communiter in subiectis communiter assignatis scientijs a doctoribus: illam conditionem inueniri: non tamen oportet vt patet quarto metaphysice: in scientia de sano. Posset quoq; saltem communitas per predicationem in omni subiecto: non in recto: sed in recto vel obliquo: sic enim etiam deus de omnibus theologalibus predicatur: quia sunt aut deus: aut dei: aut ad deum: aut a deo &c. Prima tamen responsio est ad literam.

¶ Circa propositionem assumptam in probatione secunde consequentie: scilicet: omnia considerantur in hac scientia sub ratione dei: dubitatur simpliciter: & ad hominem. Simpliciter quidem arguit Gregorius de Arimino: si deus sub ratione deitatis esset subiectum theologie: tam beatorum quam nostre: oporteret quod omnia cognoscibilia de deo ratione deitatis caderent sub theologia: sed hoc est impossibile. Tum quia omnia simpliciter caderent sub theologia. Tum quia infinite veritates caderent sub eadem: per deitatem enim omnia cognoscibilia sunt: & infinita &c. vt pater in sciennis: quam deus habet de seipso per essentiam suam. Ad hominem vero quia ipsemet sanctus Thomas in prologo primi sententiarum articulo quarto, expresse dicit subiectum huius scientie esse ens diuinum per inspirationem cognoscibile: & non deum: nisi sicut subiectum principale: ergo &c.

¶ Ad primum horum neganda est consequentia propter duplicem rationem: prima est: quia theologia siue nostra siue beata est scientia inadequata subiecto: conditionalis autem illa est vera de scientia adequata subiecto: solus enim deus habet theologiam adequatam eius subiecto formali. Sed hec ratio nihil videtur valere. Quoniam ratio formalis subiecti & scientia oportet quod adequate sibi respondeant: alioquin scientie non distinguerentur per subiecta formalia: nec posset assignari ratio quare magis ista quam illa de tali subiecto consideret. Unde assignatur alia ratio negationis: & est qua in antecedente illius conditionalis non fit mentio de ratione formali sub qua. Cum tamen ex illa pendeat adequatio vel limitatio cognoscibilium de subiecto formali per rationem formalem illius vt res est. Deus enim est ex ratione deitatis sit infinite cognoscibilis. Tamen deus vt deus sub participato lumine glorie est cognoscibilis infra certum limitem. Respectu singulorum: et similiter sub participatione luminis gratie est cognoscibilis secundum certos fi-

nes &c. et ideo ad verificandam illam cõdittionalem oportet addere: si deus inquantum deus sub lumine sibi adequato esset subiectum scientie alicuius: illa nosset omnia &c. sed tunc patet falsitas subsumende propositionis: quia sola lux diuina in se, ipsa est tale lumen: nostre autem & beate Theologie deus inquantum deus quidem: sed sub lumine diminuto subiectum est: & ideo iuxta facultatem luminis est extensio scientie: non est ergo secundum extensionem rationis formalis, vt res est absolute: sed vt stantis sub ratiõe formali obiecti vt obiectum est mensurande scientia.

¶ Ad secundum dicitur quod sancti Thomas non asserendo sed opinando sequens cõmuniter dictas conditiones subiecti ab aliis: illud dixit vt patet ex modo loquẽdi: cum inchoando illam positionem dicit. Si volumus ponere aliquod subiectum: in quo saluentur omnes he conditiones: hic autem assertiue determinando: quod etiam ex tunc inchoauerat: quoniam & ibi dicit: quod omnia considerãtur in hac scientia sub ratione dei: quare hoc est simpliciter tenendũ: illud vero tanquam opinabile audiendum.

¶ Secunda ratio ad conclusionem est hec: idem est subiectum principiorum & totius scientie. Deus est subiectum principiorum huius scientie: ergo deus est subiectum totius scientie. Maior probatur: quia tota scientia virtualiter continetur in principijs. Minor vero, quia deus est subiectum articulorum fidei.

¶ Circa propositionem assumptam ad probandum maiorem scilicet: tota scientia virtute continetur in principijs. Dubium occurrit: quoniam aduertant videtur doctrine Sancti Thome. Nam sequitur tota scientia virtualiter continetur in principijs: ergo in subiecto principiorum: ergo in subiecto scientie ergo diuarum specierum disparatarum: imo generis & speciei secundum propria singulis non potest esse scientia vna secundum speciem specialissimam: hoc est falsum apud Sanctum Thomam: quoniam scientia de triangulo & quadrato & figura &c. non solum secundum communia: sed secundum propria singulis vnius est speciei: vt patet in prima secunde: & in primo posteriorum: ergo prima consequentia patet quia principia conclunntur ex subiecti ratione: secunda etiam patet: quia idem est subiectum principiorum & scientie: tertia autem: quia scientia vnius speciei omnino disparate: quo ad propria: non continetur virtualiter in alia specie: nec in generis ratione vt sic: sicut nec passiones vnius speciei continentur virtualiter in alia: nec in ratione generis: vt patet.

¶ Ad hanc obiectionem oportet respondere: non solum ad hominem sed simpliciter: quoniam ista virtualis continentia ingerit dubium non solum quia posita est hic in litera: sed simpliciter. Unde Scotus in prologo. q. tertia tenens q̃ virtualis continentia omnium veritatum pertinentium ad aliquam scientiam est conditio constituens rationem subiecti formalis in scientia: obiectioni prefate consentit: concedens verum esse id: ad qõ ratio deducit: quodq; reputamus falsum. Sciendum est igitur q̃ duplex est de huiusmodi continentia opinio. Scotus namq; putat subiectum scientie oportere continere primo virtualiter vt causam sufficientem omnes veritates pertinentes ad talem scientiam: & probat hoc dupliciter. Primo quia continet propositiones immediatas: que sunt principia virtualiter cõtinentia totam scientiam patet hoc: q̃ propositionis immediate predicatum continetur in subiecto: subiectum autem est subm scientie: ergo. Secundo: q̃ subiectum est adequata causa habitus: ergo continet primo virtualiter totum ipsum: ergo omnes illius veritates. Et secundum hanc opinionem tot sunt scientie secundum speciem: quot sunt non solum species rerum omnino disparate: quod dico propter species subordinatas: puta subiectum & passionem: sed etiam q̃ sunt rationes formales rerum: quarum vna non cõtinetur virtualiter in alia: & sic alia est scientia de animali vt sic: ad quam spectat considerare proprias animalis passiones tantum: quoniam sole ipse virtualiter in animali claudũtur: & alia de boue inquantum bos & alia de leone inquantum leo &c. Sanctus Thomas vero tenens scientias secari non secundum q̃ secantur res absolute: sed prout sunt subiecta: tenet q̃ subiectum formale scientie exigit duas conditiones vt ex litera habetur: prima est q̃ ratione ipsius oia attingantur ab illa scientia, secunda q̃ virtualiter contineat tota scientiam: non vt causa in seipso sufficiens vt Scotus voluit, sed in seipso quidem sumptum sufficiens vt causa prima. & in suo ordine: & nõ simpliciter. Sumptum autẽ & in se & participantibus ipsum aut quomodolibet attributis ad ipsum sit sufficiens simpliciter. vocatur autẽ causa simpliciter sufficiens illa que primo id est adequate est causa alicuius vt subiectum propie passionis siue immediate: siue mediante aliqua priore passione. Causa autem sufficiens in suo ordine: que licet sola non sufficiat ad effectum: in suo tamẽ ordine completa & totalis causa est: vt sol est causa fortis. Et hoc modo q̃ncipia prima alicuius scientie continent virtualiter oẽs veritates illius. s. vt primo propositiones: non. n. ex primis propositionibus solis immediate: vt patet, neq; mediantibus tantum his que totaliter ex illis pendent

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes veritates sciuntur: sed ex illis vt primis: ⁊ aliis vt secundis ac prioribus causis consciones multe sciuntur. Et hoc clarius patet in ipsis passionibus que demonstrantur: in scientia enim de numero non oportet omnes passiones scibiles eadem scientia contineri virtualiter in numero primo id est adequate ⁊ sufficienter: loquendo de numero in seipso: quoniam sic nec passiones binarij: nec trinarij scirentur ibidem: vt patet: sed bene oportet numerum in se continere virtualiter omnes passiones huiusmodi: vt primam radicem earum: vt distinctum autem ⁊ participatum in binario ⁊ trinario ⁊c. oportet omnium passionum subiectum esse primum. i. adequatū. Ac per hoc principia talis scientie que habent numerū pro subiecto: continent virtualiter omnes veritates vt prime cause. Nec oportet quod sufficiant ad inferendas omnes cōclusiones nisi adiuncta propositionibus, quarum subiectū sit binarius aut trinarius ⁊c. vt causis proximis: quemadmodum nec numerus in se causa est sufficiēs ad passiones binarij: sed vt prima radix earum: ⁊ hoc in eo q̄ scibiles id est inquātum sunt in tali specie scibilis: quicquid sit in esse nature. Et secundum hanc viam manifestum est quod eadem scientiam secundum speciem: contingit esse de genere et multis speciebus secundum singulorum propria. Et si queratur: quis ergo erit limes scibilium in vna scientia? Jam patet responsio ex dictis: limitantur nanq̄ scientie secundum species scibilium vt sic: ⁊ non secundum species rerum. Et ideo tot species ⁊ genera rerum sub vna possunt comprehendi scientia: quot comprehendi contingit sub vna specie scibili. Et ideo illa ratio formalis rerum que primo fundat illam speciem scibilem, id est cui primus conuenit ille modus abstractionis vel diffinitionis vel cognitionis qui constituit illam speciem scibilis, est ratio formalis subiecti in illa scientia: ⁊ est prima radix omnium pertinentium ad illam scientiam vt sic. Quod autem continentia virtualis talis vt declarata est sufficiat ad subiectum ⁊ principia scientie: patet ex processibus scientiarum: tam in mathematicis quam in naturalibus. Utrobiq̄ nanq̄ multarum specierum passiones proprie traduntur: puta trianguli ⁊ quadrāguli: quod impossibile est adequate contineri in subiecto geometrie: vt patet.

b 12

8 1.pl.ar. 5. Et boet trin. qō. 5. art. 7. arti. 1. ℸ. 3. ⁊. 8.

¶ Ad primam ergo Scoti rationem iam dictum est. ℙ Ad secundam vero ex eodem fundamento dicitur quod subiectum habitus continere virtualiter totum habitum potest dupliciter intelligi: vno modo accipiendo subiectum in seipso: alio modo vt inuentum in aliis per se participantibus quomodolibet ipsum. Et similiter continere virtualiter dupliciter scilicet adequate, ⁊ vt primam causam. Subiectum in seipso continet virtualiter vt prima causa totum habitum, ⁊ non partem: sicut sol continet virtualiter totum hominem ⁊ non partem: vt prima tamen sui superior causa. Subiectū autem in se ⁊ in participantibus: cōtinet virtualiter ⁊ adequate vt tota causa totum habitum. Et sic patet ad dubium ⁊ simpliciter ⁊ ad hominem.

¶ Quo ad secundum referuntur tres aliorum assignationes. Prima est magistri sen. secunda Hugonis de S. Victore. tertia est Lincolniensis. Sed aduerte modestiam autoris: quoniā primo excusando illos dessit, quod attenderunt ad materiam: quasi diceret q̄ non intendebant assignare subm formale. 2º omnia suprādicta reducit ad subm formale a se assignatū: dicens omnia hec tractari in ordine ad deum. Super artic. 8.

In titulo argumentativa. i. probativa eorum que docet an nō, sed forte simpliciter proponit: vt Sco. dicit contra articulum secundum.

¶ In corpore tres conclusiones. Prima est, sacra doctrina non arguit

Articulus IX.

autoritates sanctorum doctorum. rationes humanas ⁊ autoritates philosophorum. Et ex primis quidem doctrina hec procedere dicitur vt ex propriis et necessariis: ex secundis autem vt ex propriis sed probabilibus: ex quartis vero vt probabilibus, sed extraneis. Et sic tertijs nullus assignatur locus. Et propterea sciendum est: quod ratio humana de qua hic est sermo, nihil aliud est quam argumentatio aliqua ex solo naturali lumine robur habens. Et est duplex. Quedam secundum dicendum, quod argumētari ex necessario concludens: que vocatur demonstratio. Et quedam autoritate est maxime propium huius doprobabiliter: que magnam habet latitudinem. Utraq̄ autem in aliqua certa scientia physica clauditur ⁊ consequenter extranea est a genere scibili theologico: ac per hoc theologia procedit ex ratione humana vt sic, vt extranea. Et quoniam nulla demonstratio physica potest afferri ad theologalia vt sic: q̄m theologalia vt sic sunt oportet resolui in principia euidentia non lumine naturali, sed diuino) ideo absolute loquendo, ex ratione naturali procedit theologia vt extranea et probabilibus: quemadmodum ex autoritatibus philosophorum. Et propterea sedes assignata autoritatibus philosophorum, intelligenda est assignata etiam rationi naturali quam cognouerunt. In cuius signum simul tractabat vtrunq̄: ⁊ sic omnia enumerata sunt locata.

¶ Sed dubium hic occurrit non dissimulandum, si ex rationibus naturalibꝰ theologia procedit vt ex extraneis et probabilibus, cur tantus labor a doctoribus speculatiuis assumptus est? quorsum libri contra Gentiles rationibus naturalibus pleni ⁊c. aut enim hi non tradunt theologiam, aut in extraneis nimis morati sunt.

¶ Ad tertium dicendum: quod cognitio dei per essentiam: cū sit per gratiaz nō competit nisi bonis, sed cognitio que est per rationem naturalem potest competere bonis ꝛ malis. Unde dicit augu. in lib. retractionum. Non approbo quod in oratione dixi: deus qui non nisi mundos verum scire voluisti. responderi enim potest multos etiam non mundos multa scire vera: scilicet per rationem naturalem.

¶ Utrum per gratiam habeatur altior cognitio dei quam ea que habetur per rationem naturalem.

Articu. 13.

Ad decimūtertiuz sic proceditur. Uidetur quod per gratiam non habeatur altior cognitio dei quam ea que habetur per naturalem rationem. Dicit enim dio. s. lib. de mystica theologia: quod ille qui melius vnitur deo in hac vita vnitur ei sicut omnino ignoto. Quod etiam de Moyse dicit. Qui tamen excellentiam quandam obtinuit in gratie cognitione. Sed coniungi deo, ignorando de eo quid est: hoc contingit etiam per rationem naturalem. Ergo per gratiaz non plenius cognoscitur a nobis deus ꝯs per rationem naturalem. ¶ Ꝑ. Per rationem naturalem in cognitionem diuinoruz peruenire nō possumus nisi per phantasmata [c]: sic etiam nec secundū cognitionem gratie. Dicit enim dio. primo ca. cele. hyerar. ꝙ impossibile est nobis aliter lucere diuinū radium: nisi veritate sacrorum vel animum circumuelatum. Ergo per gratiam nō plenius cognoscimus deum, ꝯs per rationem naturalem. ¶ Preterea intellectus noster per gratiam fidei deo adheret. Fides autem non videtur esse cognitio. Dicit enim grego. in homel. quod ea que non videntur fidem habent ꝛ non agnitionem. Ergo per gratiam non additur nobis aliqua excellentior cognitio de deo.

Sed contra Est quod dicit apostolus prime corin. 2. Nobis reuelauit deus per spiritum suuz illa: scilicet que nemo principum huius seculi nouit idest philosophorum: vt exponit glo.

Respondeo Dicendum: ꝙ per gratiam perfectior cognitio de deo habetur a nobis quam per rationem naturalem. Quod sic patet. Cognitio enim quam per naturalem rationez habemus, duo requirit: scilicet phantasmata ex sensibilibus accepta: ꝛ lumen naturale intelligibile: cuius virtute intelligibiles conceptiones ab eis abstrahimus.

¶ Et quantum ad vtrunque iuuatur humana cognitio per reuelationem gratie. Nam ꝛ lumen naturale intellectus confortatur per infusionem luminis gratuiti: ꝛ interdum etiam phantasmata in imaginatione hominis formantur diuinitus magis ex perientia res diuinas: quam ea que naturaliter a sensibilibus accipimus: sicut apparet in visionibus prophetalibus. Et interdum etiam alique res sensibiles formantur diuinitus: aut etiam voces ad aliquid diuinum exprimendum: sicut in baptismo visus est spiritussanct⁹ in specie columbe: ꝛ vox patris audita est. hic est fi. me. di.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ licet per reuelationem gratie in hac vita non cognoscamus de deo quid est: ꝛ sic ei quasi ignoto coniungamur: tamen plenius ipsum cognoscimus inquantum plures ꝛ excellentiores effectus eius nobis demonstrantur: ꝛ inquantum ei aliqua attribuimus ex reuelatione diuina, ad que ratio naturalis non pertingit: vt deum esse trinum ꝛ vnum.

¶ Ad secundum dicendum, quod ex fantasmatibus vel a sensu acceptis secundum naturalem ordinem: vel diuinitus in imaginatione formatis tanto excellentior cognitio intellectualis habetur: quanto lumen intelligibile in homine fortius fuerit. Et sic per reuelationem ex phantasmatibus plenior cognitio accipitur ex infusione diuini luminis.

¶ Ad tertium dicendum, quod fides cognitio quedam est inquantum intellectus determinatur per fidem ad aliquod cognoscibile. Sed hec determinatio ad vnum non procedit ex visione credentis: sed a visione eius cui creditur. Et sic inquantum deest visio deficit a ratione cognitionis: que est in scientia. Nam scientia determinat intellectum ad vnum per visionem ꝛ intellectum primorum principiorum.

¶ Questio. 13.

Onsideratis his que pertinent, procedendum est ad considerationem diuinorum nominum. vnumquodque enim nominatur a nobis secundum quod ipsum cognoscimus.

¶ Iulius clarus. ¶ In corpore vna conclusio responsiua questio affirmatiue cum modificatione. conclusio est. Deus potest a nobis nominari ex creaturis: non autem secundum quod est secundum se. Probatur conclusio quo ad

vtranꝙ partem simul. voces sunt signa intellectuum: ꝛ intellectus sunt similitudines rerum. ergo voces referuntur ad res significandas mediis intellectibus. ergo secundum quod aliquid a nobis intelligitur sic potest a nobis nominari. ergo deus potest nominari a nobis ex creaturis: ꝛ non secundum quod est secundum se. Antecedens est philosophi primo perihermenias. consequentia vero tam prima quā secunda. relinquitur nota. Ultima autem probatur: quo ad primam consequentis partē: quia deus cognoscitur a nobis ex creaturis tripliciter: vt dictum est. Quo ad secūdam vero: quia deus in hac vita non potest videri a nobis per essentiam. Et ad claritatem terminorum subditur in litera declaratio exemplaris ab opposito: quomodo nomina non significant deum scōz ꝙ in se est. ꝛ intendit ꝙ significare rem sm qō est: est significare terminum nature illius: vt ly homo: quod impossibile ē hic de deo haberi: quoniam omnia nomina significāt terminos: aut rerum communium: aut negationum: vel respectuum ꝛc. vel compositorum ex hiis: vt patet inductiue.

68 1. Di. 22. q. 1. ā. 1.

¶ Circa hanc partem occurrit dubium scotus siquidē in primo. dis. 22. q. vnica: distinctiones hanc ꝓpositionem assumptam sicut res intelligitur, ita et nominatur: distinguit eam: scilz quo ad impositionem nominis vel quo ad vsum nominis impositi ꝛ tria dicit. Ꝓ primo ꝙ quo ad impositionem videtur falsa: quod probat sic. Substantia non intelligitur a nobis distincte in propria natura: ꝛ tamen significatur. ergo imponere possumus nomina distincte significāta ꝯs intelligam⁹. cōsequētia vero. ꝛ antecedens pro secunda parte probatur: quia cognitio verbi gratia accidētibus: ꝛ ꝓpriatiue lapidis apponimus nomē illi substātie lapidis: intēdēdes illā significatū tri per nomē: ꝛ tñ nō cognoscimus distincte illaz. Secundo ꝙ quo ad vsum est simpliciter falsa. Tertio ꝙ multis nominibus potest vti viator ex primordiis diuinam essentiā sub ratione ipsīus essentie diuine. probantur hec duo: quia verisimile est esse in sacra scriptura huiusmodi nomina: vt iudei dicunt de nomine tetragrammaton ꝛc. sine imposita fuerint hec nomina a deo siue ab angelo.

¶ Ad hec pro quanto veritati non consonant dicendum est. Et ad primum quidem: ꝙ non est imaginabile imponi nomen distinctius significans quaz concipitur: ꝛ in litera redditur causa: quia voces significant res non nisi media conceptione intellectus: igitur significatio causatur ex conceptione: ergo distincta significatio supponit distinctam conceptionem. ꝛ confusa confusam: ꝛ maior: maiorem: ꝛ minor: minorem ꝛc. Quare ab hac vniuersalissima regula de causa ꝛ cāto hec excipienda sunt. Probatio autem sua nihil valet. tum qz antecedens pro prima parte est falsum. Tum quia pro secunda parte male probatur. Dico enim ꝛ ita esse experimur: quod cognitis accidentibus cognoscimus rem quandam subiectare ꝛ fcōm se esse ꝛ subsistere ꝛc. ꝛ huiusmodi res nunquā magis significabitur ꝯs cognoscetur. si cīn recognoscet confuse: vt in exemplo dato nunquā significabitur nisi confuse. ex tali significatione nominum nūquam aliquis plus intelliget, ꝯs perfectius imponitor apprehendet: quamuis ex melioui ingenio proprio cognito alicuius nominis significato in re: discurrendo alia cognoscat: sicut ex principiis conclusiones deducimus sed hoc non est ex vi significationis nominis. Unde ꝛ ipsemet scotus ibidem sub dubio primum dictuz relinquere tandem videtur. De secundo vero bñ dicit scotus. eximur eīn qō multis nominibus vtimur confuse notis antequam ad notitiam distinctam illoruz terminorum veniamus. De tertio autem: qz experientia teste nullum tale nomen diuinū habem⁹. Et rursus qz frustra hominibus talia dicerentur nomina: quoniam nos non possumus deum sm se cognoscere. Et quia sine sufficienti authoritate nouitas hec dicitur. Et qz Dyo. in primo cele. hierar. dicit impossibile ē nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sacrorum velaminum occultatum: videtur mihi simpliciter falsum dictum scoti. ꝛ dicendum vt in litera dicitur. ꝙ deus in hac vita non est a nobis nominabilis nisi ex creaturis: ꝛ bīs ꝙ ad impositionē ꝯs vsum.

¶ In respōsione ad secundū dubitare ꝓpterea quod nutrius posset. ꝙ pacto abstractum significat vt ꝙ. ꝛ nō per modum subsistentis: cū sit nomen substantiuum. vt albedo. Substantiuū ꝓpriū est per modum substantie significare. Ad hoc breuiter dicit: ꝙ incidit hic sophisma consequentis. a modo substātie ad hanc moduz determinate affirmando. Substantiuū quidē significat p modū substantie. i. p se stantis. i. solitarie: ꝛ non p modum currtarē in nasō: ꝛ consequenter non significat formā solitarie sed cum subiecto. Respondetur quod hic non est questio de significatione ꝛ consequentibus ad ipsam: sed de modo significandi. abstractum autem ꝛ concretum in significatione conueniunt: qz vtrunq; puram formam significat. vt in prediceamentis de albedine. ꝛ ex natura significate forme opz vtrunq; copulare subiectum forme sign ficare. Sed ex modo significandi differentia est: quia concretum importat subiectum: ꝛ compositum ex modo significandi: vt primum significatum in cuius signum dicimus quod simum est nasus

582

18

16 a
70
72

b

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam entitatem exprimentes. Abstractum vero subiectum ex modo significandi, aut non importat: sed ex natura rei significate: aut si importat non importat principaliter, sed vltimo. Unde econuerso dicimus q̄ simitas est entitas nāli. Significat igitur abstractum per modum substantie: quo ad hoc quia significat illud per se: deest non cum alio, ex modo significandi: ꝛ hoc aut simpliciter aut principaliter. Concretum autem ex modo significandi principaliter significat aliud cum re primo significata. Unde dicum Auicen. reprehensiuz ab auerroi quinto metaphy. commē. 14. si ratione modi significandi intelligitur, verum fuit. Nec ratio auerrois concludit oppositum: quoniam non tenet nisi in formaliter significatis ex vi significationis.

¶ Super articu. 2.

Iſt titulo nomen dicatur: id est secundum suum formale significatum attribuatur: ꝛ non secundum id quod copulat: aut pro quo supponit ꝛc. substantialiter vt distinguitur contra accidentaliter: vocando accidens omne quod est extra esse rei. sic enim homo dicitur sub stantialiter de sorte. discipinabile vero ꝛ album dicuntur accidentaliter de eodem. Nec restringens questionem sed iuxta tituli amplitudinem siue substantialiter complete: vt vltima differentias vel diffinitio: sine substantialiter incomplete: vt animal respectu hominis dicatur: totum sub questo presenti concluditur. Quum querimus an aliquod nomē sub stātialiter de deo dicatur.

¶ In corpore quinque. primo ponit in quibus nominibus habet locum hec questio. secundo refert duas opiniones. tertio reprobat eas. quarto respondet questo affirmative. quinto ostendit quis sit sensus quum huiusmodi nomina deo attribuuntur: ꝛ patet particularum distinctio in litera.

¶ Quo ad primum duobicit. primo quod sunt tria genera nominum de deo. Negatiua vt incorporeus immensus ꝛc. Relatiua vt dominus: finis: efficiens. Et positiua absoluta: vt ens sapiens: viuens ꝛc. Secundo quod questio non est de primo aut secundo genere: sed tertio tantum: quia constat quod illa puram negationē aut relationem significare: sed quia non est offendere aut habitudinem quandam: aut aliquid eorum que assequuntur naturam vel operationem.

¶ Preterea. Dicit dioñ. primo capitulo de diui. no. Omnium sanctorum theologorum hymnum inuentes ad beatos thearchie processus manifestatiue ꝛ laudatiue dei nominationes diuidentem. Et est sensus q̄ nomina que in diuinam laudez sancti doctores assumunt secundum processus ipsius dei distinguuntur. Sed quod significat processum alicuius rei: nihil significat ad eius essentiam pertinens. Ergo nomina dicta de deo non dicuntur de ipso substantialiter.

¶ Preterea. Secundum hoc nominatur aliquid a nobis secundum quod intelligitur. Sed non intelligitur deus a nobis in hac vita secundum suam substantiam. Ergo nec aliquod nomen impositum a nobis dicitur de deo secundum suam substantiam.

Sed contra Est quod dicit August. 7. de trin. deo hoc est esse quod fortem esse vel sapientem esse: si quid de illa simplicitate diuersa qua eius substantia significatur. Ergo omnia nomina huiusmodi significant diuinam substantiam.

Respondeo Dicendum, quod de nominibus que de deo dicuntur negatiue vel que relationē ipsius ad creaturam significant, manifestum est quod substantiam eius nullo modo significant: sed remotionem alicuius ab ipso, vel relationem eius ad alium: vel potius alicuius ad ipsum. Sed de nominibus que absolute ꝛ affirmatiue de deo dicuntur, sicut bonus sapiens ꝛ huiusmodi: multipliciter aliqui sunt opinati. Quidam enim dixerunt quod hec omnia nomina: licet affirmatiue de deo dicantur: tamen magis inuenta sunt ad aliquid remouendum a deo quam ad aliquid ponendum in ipso. Unde dicunt quod cum dicimus deum esse viuentem significamus quod deus non hoc modo est sicut res inanimate: ꝛ similiter accipiendum est in alijs. Et hoc posuit rabbi moy. Alij vero dicunt: quod hec nomina imposita sunt ad significandum habitudinem eius ad creata: vt cum dicimus, deus est bonus sit sensus: deus est causa bonitatis in rebus: ꝛ eadem ratio est in alijs. Sed vtrunque istorum videtur esse inconueniens propter tria. Primo quidem: quia secundum neutram harum positionum poset assignari ratio: quare quedam nomina magis de deo dicerentur quam alia. Sic enim est causa corporum sicut est causa bonorum. Unde si nihil aliud significatur: cuz dicitur: deus est bonus nisi deus est causa bonorum: poterit similiter dici: quod deus est corpus: quia est causa corporum. Item per hoc quod dicitur: quod est corpus remouetur quod non sit ens in potentia tantum sicut materia prima. Secundo: quia sequetur quod omnia nomina dicta de deo per posterius dicerentur de ipso. Sicut sanum significat hoc tantum quod sit causa sanitatis in animali quod per prius dicitur sanum. Tertio: quia hoc est contra intentionem loquentium de deo. Aliud enim intendunt dicere cum dicunt deum viuentem: quam quod sit causa vite nostre: vel quod differat a corporibus inanimatis. Et ideo aliter dicendum est quod huiusmodi quedem nomina significant substantiam diuinam ꝛ predicantur de deo substantialiter: sed deficiunt a representatione ipsius. quod sic patet. Significant enim sic nomina deum: secundum quod intellectus noster cognoscit ipsum. Intellectus autem noster cum cognoscat deum ex creaturis: sic cognoscit ipsum secundum quod creature ipsum representant. Ostensum est autem supra [c]: quod deus in se prehabet omnes perfectiones creaturarum, quasi simpliciter ꝛ vniuersaliter perfectus. Unde quelibet creatura intantum eum representat: ꝛ est ei similis: inquantum perfectionem aliquaz habet. non tamen ita quod representet eum sicut aliquid eiusdem speciei: vel generis: sed sicut excellens principium: a cuius forma effectus deficiunt: cuius tamen aliqualem similitudinem effectus consequuntur: sicut forme corporum inferiorum representant virtutem solarem. Et hoc supra expositum est [c]: cum de perfectione diuina agebatur. Sic igitur predicta nomina diuinam substantiam significant: imperfecte tamen: sicut ꝛ creature imperfecte eam representant. Cum igitur dicitur, deus est bonus: non est sensus: deus est causa bonitatis: vel deus non est malus: sed est sensus: id quod bonitatem dicimus in creaturis, preexistit in deo: ꝛ hoc quidem secundum modum altiorem. Unde ex hoc non sequitur quod deo competat esse bonum inquantum causat bonitatem: sed potius econuerso: quia est bonus, bonitatem rebus diffundit. secundum illud augusti. de doctrina christiana, Inquantum boni sumus.

Ad primum Ergo dicendum: q̄ damas. ideo dicit: quod hec nomina non significant quid est deus: quia a nullo istorum nominum exprimitur quid est deus perfecte: sed vnumquodque imperfecte eum significat: sicut ꝛ creature imperfecte eum representant.

¶ Ad secundum dicendum: quod in significatione nominum aliud est quandoque a quo imponitur nomen ad significandum: ꝛ id ad quod significandum nomen imponitur [c]. Sicut hoc nomen lapis imponitur ab eo quod ledit pedem: non tamen imponitur ad hoc significandum quod significet ledens pedē: sed ad significandam quandam speciem corporum, alioquin omne ledens pedem esset lapis. Sic igitur dicendum est quod huiusmodi diuina nomina imponuntur quidem a processibus deitatis. Sicut enim secundum diuersi processus perfectionem creature deum representant licet imperfecte: ita intellectus noster secundum vnumquemq̄ processum deum cognoscit ꝛ nominat: sed tamen hec nomina non imponit ad significanduz ipsos processus: vt cuz dicitur deus est viuens sit sensus: ab eo procedit vita: sed ad significandum ipsum rerum principium prout in eo preexistit vita licet eminentiori modo quam intelligatur vel significetur.

¶ Ad tertium dicendum, quod essentiam dei in hac vita cognoscere non possumus secundum quod in se est: sed cognoscimus eaz secundum quod representatur in perfectionibus creaturarum. Et sic nomina a nobis imposita eam significant.

¶ Utrum aliquod nomen dicatur de deo proprie. Arti. 3.

Ad tertium Sic procedi-tur. Uidetur, quod nullum nomen dicatur de deo proprie. Omnia enim nomina que de deo dicimus sunt a creaturis accepta: vt dictum est [c]. Sed nomina creaturarum metaphorice dicuntur de deo. sicut cuz dicitur, deus est lapis vel leo vel aliquid huiusmodi. Ergo nomina dicta de deo dicuntur metaphorice.

¶ [c]. Nullum nomen proprie dicitur de aliquo: a quo verius remouetur q̄ de eo predicetur. Sed omnia huiusmodi nomina bonus sapiens ꝛ similia verius remouentur a deo quam de eo predicentur: vt patet per dio. 2. capitulo cel. hierar. Ergo nullum istorum nominum proprie dicitur de deo. ¶ Preterea. Nomina corporum non dicuntur de deo nisi metaphorice: cum sit incorporeus. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdam corporales conditiones. significant enim cum tempore ꝛ cum compositione ꝛ cum alijs huiusmodi que sunt conditiones corporum. Ergo omnia huiusmodi nomina dicuntur de deo metaphorice.

Sed contra Est quod dicit ambro. in lib. 2. de tri. Sunt quedam nomina que euidenter proprietatem diuinitatis ostendunt: ꝛ quedam que perspicuam diuine maiestatis exprimunt veritatem. alia vero sunt que translatiue per similitudinem de deo dicuntur. Non igitur omnia nomina dicuntur de deo metaphorice: sed aliqua dicuntur proprie.

Respondeo Dicendum, quod sicut dictum est [c]: deū cognoscimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipso: que quidem perfectiones in deo sunt secundum eminentiorem modum quam in creaturis.

¶ Intellectus autem noster eo modo apprehendit eas secundum quod sunt in creaturis: ꝛ secundum quod apprehendit ita significat per nomina. In nominibus igitur que deo attribuimus est duo considerare scilicet perfectiones ipsas significatas: vt bonitatem: vitam: ꝛ huiusmodi: ꝛ modum significandi. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina proprie competunt deo ꝛ magis proprie quaz ipsis creaturis: ꝛ per prius dicuntur de eo. Quantuz vero ad modum significandi. Non proprie dicuntur de deo. Habent enim modum significandi qui creaturis competit.

Ad primum Ergo dicendum, quod quedam nomina significant huiusmodi perfectiones a deo procedentes in res creatas: hoc modo quod ipse modus imperfectus quo a creatura participatur diuina perfectio in ipso nominis significato includitur: sicut ligna significat aliquid materialiter ens: ꝛ huiusmodi nomina non possunt attribui deo nisi metaphorice [c]. Quedam vero nomina significant ipsas perfectiones absolute absq̄ hoc quod aliquismodus participandi claudatur in eorum significatione: vt ens bonum viuens ꝛ huiusmodi: ꝛ talia proprie dicuntur de deo.

¶ Ad secundum dicendum quod ideo huiusmodi nomina dicit dio. negari a deo: quia id quod significatur per nomen non conuenit eo modo ei quo nomen significat: sed excellentiori modo. Unde ibidem dicit diony. Quod est super omnem substantiam ꝛ vitam. ¶ Ad tertium dicendum, quod ista nomina que proprie dicuntur de deo, important conditiones corporales non in ipso significato nominis: sed quantum ad modum significandi. Ea vero que metaphorice de deo dicuntur: important conditionem corporalem in ipso suo significato.

que in deo non habet locum: quia est modus imperfectus: ideo insinuatur q̄ bonitas est in deo eminentior modo quam significetur: quia significatur vt est in creaturis.

¶ In responsione ad primum aduerte, q̄ apud excellentes doctores: non est idem significare quid est: ꝛ esse nomen substantiale: quoniam ad primum exigitur perfectio: ad secundum non. vt in litera dicitur. Et radix est: quia loquuntur proprie de quid posteriori: scilicet ꝛ metaphorice: quod absq̄ proprio nō est: ꝛ non thopice: quod communibus contentatur.

¶ In responsione ad secundum. Distinctio est sub alijs verbis. importare processus dupliciter. formaliter: vel originaliter.

¶ Super Arti. 3.

Iſt titulo ly proprie potest sumi dupliciter. Uno modo vt distinguitur contra communiter. Et sic animal non dicitur proprie de homine: quia dicitur de alijs. Alio modo vt distinguitur contra metaphorice: ꝛ sic animal dicitur proprie de homine. florere autem non. Proprie enim dicit est significatum nominis inuenirī in eo de quo dicitur secundum suam similitudinem tantum: hic sumitur proprie, vt distinguitur contra metaphorice.

¶ Circa ordinem horum articulorum dubium occurrit: quoniam prepositus videtur ordo seruatus in. 2. ꝛ 3. articulo: quia in ordine compositum communiora prius tractanda sunt. Communius autem est nomen proprie dictum de aliquo quam substantialiter: quoniam accidentalia nomina etiam proprie dicuntur vt patet dicendo, Socies est albus.

¶ Ad hoc breuiter dicitur quod ordo horum articulorum est optimus. non tamen attenditur penes communitatem maiorem ꝛ minorem: sed intiorem ac priorem rationem dubitādi. Prima nanque questio cum sit questio an est. ideo prima querendi ratio est an deus sit nominabilis. secundam vero questionem constat esse questionē qd est. ꝛ ideo secūda querendi ratio est: quia in deo est nominabile: substantia, scilicet sua an relatio, an negatio ꝛc. tertia vero questio. quoniam est quia est. ideo tertio loco querendum est quomodo deus nominatur. ꝛ inter hos modos datur latitudo. Nam primus specrat ad ipsam nominis predicationem: scilicet proprie vel metaphorice. secundus ad vnitatem ꝛ multitudinem: scilicet sinonyme ꝛc. Constat autem quod talis est ordo seruatus in litera. optimus igitur est. Nec est verum quod dicit deo. ¶ Preterea. Nomina corporum non dicuntur de deo nisi metaphorice: cum sit incorporeus. Sed omnia huiusmodi nomina implicant quasdam corporales conditiones. significant enim cum tempore ꝛ cum compositione ꝛ cum alijs huiusmodi que sunt conditiones corporum. Ergo omnia huiusmodi nomina dicuntur de deo metaphorice.

Sed contra Est quod dicit ambro. in lib. 2. de tri. Sunt quedam nomina que euidenter proprietatem diuinitatis ostendunt: ꝛ quedam que perspicuam diuine maiestatis exprimunt veritatem. alia vero sunt que translatiue per similitudinem de deo dicuntur. Non igitur omnia nomina dicuntur de deo metaphorice: sed aliqua dicuntur proprie.

Respondeo Dicendum, quod sicut dictum est [c]: deū cognoscimus ex perfectionibus procedentibus in creaturas ab ipso: que quidem perfectiones in deo sunt secundum eminentiorem modum quam in creaturis.

¶ Intellectus autem noster eo modo apprehendit eas secundum quod sunt in creaturis: ꝛ secundum quod apprehendit ita significat per nomina. In nominibus igitur que deo attribuimus est duo considerare scilicet perfectiones ipsas significatas: vt bonitatem: vitam: ꝛ huiusmodi: ꝛ modum significandi. Quantum igitur ad id quod significant huiusmodi nomina proprie competunt deo ꝛ magis proprie quaz ipsis creaturis: ꝛ per prius dicuntur de eo. Quantuz vero ad modum significandi. Non proprie dicuntur de deo. Habent enim modum significandi qui creaturis competit.

Ad primum Ergo dicendum, quod quedam nomina significant huiusmodi perfectiones a deo procedentes in res creatas: hoc modo quod ipse modus imperfectus quo a creatura participatur diuina perfectio in ipso nominis significato includitur: sicut ligna significat aliquid materialiter ens: ꝛ huiusmodi nomina non possunt attribui deo nisi metaphorice [c]. Quedam vero nomina significant ipsas perfectiones absolute absq̄ hoc quod aliquismodus participandi claudatur in eorum significatione: vt ens bonum viuens ꝛ huiusmodi: ꝛ talia proprie dicuntur de deo.

¶ Ad secundum dicendum quod ideo huiusmodi nomina dicit dio. negari a deo: quia id quod significatur per nomen non conuenit eo modo ei quo nomen significat: sed excellentiori modo. Unde ibidem dicit diony. Quod est super omnem substantiam ꝛ vitam. ¶ Ad tertium dicendum, quod ista nomina que proprie dicuntur de deo, important conditiones corporales non in ipso significato nominis: sed quantum ad modum significandi. Ea vero que metaphorice de deo dicuntur: important conditionem corporalem in ipso suo significato.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis ꝛ prius dicuntur de deo quo ad rem significatam. Nulla autem quo ad modum significandi. hec vltima pars probatur. quia habent modum significandi proprium creaturarum. Prima autem pars relinquitur per se nota ex dictis in q. 4.

71 po. q. 7. artic. 6. Et. 1. 3. cap. 5.

¶ In responsione ad primum. Aduertely in ipso nominis significato: quod intelligitur de significato formali propter. non autem de materiali ꝛ communi: sapientia enim

¶ Utrum nomina dicta de deo sint nomina sinonyma. Arti. 4.

AD quartum sic Proceditur. Uidetur, quod ista nomina dicta de deo sint nomina sinonyma. Sinonyma enim nomina dicuntur que omnino idem significant. Sed ista nomina dicta de deo omnino idez significãt in deo: quia bonitas dei est eius essentia: ꝛ similiter sapientia. Ergo ista nomina sunt omnino sinonyma.

¶ Si dicatur quod ista nomina significant idem secundum rem sed secundum rationes diuersas. Contra ratio cui non respondet aliquid in re est vana. Si ergo iste rationes sunt multe ꝛ res est vana: videt quod rationes iste sint vane.

¶ Preterea. Magis est vnum quod est vnum re ꝛ ratione quam quod est vnum re ꝛ multiplex ratione. Sed deus est maxime vnus ergo videtur ꝙ non sit vnus re ꝛ mul tiplex ratione. Et sic nomina dicta de deo non significant rationes diuersas. Et ita sunt sinonyma.

Sed contra. omnia Sinonyma sibinuicem adiuncta nugationem adducunt: sicut si dicatur, vestis, indumentum. Si igitur omnia nomina dicta de deo sunt sinonyma nõ posset conuenienter dici deus bonus: vel aliquid huiusmodi cum tamen scriptum sit Hiere. 32. Fortissime, magne, potens, dominus exercituum nomen tibi.

Respondeo Dicendum, ꝙ huiusmodi nomina dicta de deo non sunt sinonyma. Ad cuius euidentiam sciendum est quod intellectus noster cognoscit deum ex creaturis: ut ex dictis patet. Creatura autem non perfecte representat diuinum esse: quia representat per modum participationis: et per modum imitationis: et per modum cuiusdam remotionis. Non autem per modum participationis: quia participatum participatur per aliquid quod est ex parte participantis. Creatura autem non participat diuinum esse: quia ipsa sua essentia est esse diuinum. Nec per modum imitationis: quia imitatum imitatur per aliquid quod est ex parte imitantis. Sed per modum remotionis: quia omnia que attribuuntur creaturis: in quantum representant diuinum esse: negantur de eo: non quia ipse sit non ens: sed quia ipse est esse super omnia entia. Et per hunc modum dicit Damascenus quod deus dicitur lapis: non quia sit lapis: sed quia est esse super substantialiter existens. Et per hunc modum dicit Dionysius quod deus dicitur non sapiens: non quia sit insipiens: sed quia est esse super sapientes. Et per hunc modum dicit Augustinus quod deus dicitur non magnus: non quia sit paruus: sed quia est esse super magnos. Et per hunc modum dicit Anselmus quod deus dicitur non potens: non quia sit impotens: sed quia est esse super potentes. Et per hunc modum dicit Hilarius quod deus dicitur non dominus: non quia sit seruus: sed quia est esse super dominos. Et per hunc modum dicit Augustinus quod deus dicitur non exercituum: non quia sit miles: sed quia est esse super exercitus. Et per hunc modum dicit Augustinus quod deus dicitur non nomen tibi: non quia sit nomen: sed quia est esse super nomina.

¶ Super articulum quintum.

In titulo ly vniuoce sumitur vt in predicamentis diffiniuntur vniuoca. Hec oportet addere aut minuere vt etiam in fine huius articuli dicitur.

¶ In corpore quarto. primo respondet questio negatiue, quod non

vniuoca. 2° quod nec equiuoce pure. 3° affirmat quod analogice. 4° comparat analogiam ad duo predicta. Quo ad primum conclusio negatiua est. Nomina communia deo ꝛ creaturis non dicuntur de eis vniuoce. probatur sic. omnis effectus inadequatus recipit diuisim ꝛ multipliciter quod in causa est simpliciter ꝛ eodem modo: ergo recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationem: ergo creature participant diuisim ꝛc.

68

72 po. q. 7. artic. 7. ꝛ opus. 3. c. 27. Et. 1. 3. c. 32. 33. 2. 34.

lectus: vt dictum est c. ¶ Ad secundum dicendum, quod rationes plures horum nominum non sunt casse ꝛ vane: quia omnibus eis respondet vnum quid simpliciter: per omnia huiusmodi multipliciter ꝛ imperfecte representatum. ¶ Ad tertiũ dicendum, quod hoc ipsum ad perfectam dei vnitatez pertinet: quod ea que sunt multipliciter ꝛ diuisim in aliis, in ipso sunt simpliciter ꝛ vnite. Et ex hoc contingit: quod est vnus re ꝛ plures secundum rationem: quia intellectus noster ita multipliciter apprehendit eum sicut res multipliciter ipsum representant.

¶ Utrum ea que de deo dicuntur ꝛ creaturis vniuoce dicantur de ipsis. Articu. 5.

AD quintum Sic procedi tur. Uidetur quod ea que dicuntur de deo ꝛ creaturis vniuoce de ipsis dicantur. Omne enim equiuocum reducitur ad vniuocum sicut multa ad vnum. Nam si hoc nomen canis equiuoce dicitur de latrabili ꝛ marino: oportet quod de aliquibus vniuoce dicatur scilicet de omnibus latrabilibus. Aliter enim esset procedere in infinitum. Inueniuntur autem quedam agentia vniuoca que conueniunt cum suis effectibus in nomine ꝛ diffinitione: vt homo generat hominem. quedam vero agentia equiuoca: sicut sol causat calidum: cum tamen ipse non sit calidus nisi equiuoce. Uidetur igitur quod primum agens ad quod omnia agentia reducuntur: sit agens vniuocum. Et ita que de deo ꝛ creaturis dicuntur: vniuoce predicantur.

¶ Secundum equiuoca non attenditur aliqua similitudo. Cum igitur creature ad deum sit aliqua similitudo: secundum illud gene. 1. Fa. ho. ad ima. ꝛ si. no. videtur quod aliquid vniuoce de deo ꝛ creaturis dicatur.

¶ Mensura est homogenea mensurato vt dicitur in 10. metaphy. Sed deus est prima mensura omnium entium: vt ibidem dicitur. Ergo deus est homogeneus creaturis. Et ita aliquid vniuoce de deo ꝛ creaturis dici potest.

Sed cõtra Quicquid predicatur de aliquibus secundũ idem nomen ꝛ non secundum eandem rationem: predicatur de eis equiuoce. Sed nullum nomen conuenit deo secundum illam rationem secũdũ quam dicitur de creatura. Nam sapientia in creaturis est qualitas: non autem in deo. genus autem variatum mutat rationem: cuz sit pars diffinitionis: ꝛ eadem ratio est in alijs. Quicquid ergo de deo ꝛ creaturis dicitur equiuoce dicitur. ¶ Preterea. Deus plus distat a creaturis ꝙ quecunq; creature abinuicem. Sed propter distantiã quarundam creaturarum cõtingit quod nihil vniuoce de eis predicari potest: sicut de his que nõ conueniunt in aliquo genere. Ergo multo minus de deo ꝛ creaturis aliquid vniuoce predicatur: sed omnia predicantur equiuoce.

Respondeo Dicendum: quod impossibile est aliquid predicari de deo ꝛ creaturis vniuoce. Quia omnis effectus non adequans virtutem cause agentis recipit similitudinem agentis non secundum eandem rationez sed deficienter: ita quod ꝛ diuisim ꝛ multipliciter est in effectibus: in causa est simpliciter ꝛ eodem modo c sicut sol secundum vnam virtutem, multiformes ꝛ varias formas in istis inferioribus producit: eodem modo vt supra dictum est c omnes rerum perfectiones que sunt in rebus creatis diuisim ꝛ multipliciter, in deo preexistunt vnite. Sic igitur cum aliquod nomen ad perfectionem pertinens de creatura dicitur, significat illam perfectionem distinctam secundum rationem distinctionis ab aliis: puta cum hoc nomen sapiens de homine dicitur: significamus aliquam perfectionem distinctam ab essentia hominis, ꝛ a potentia, ꝛ ab esse ipsius ꝛ ab hominibus huiusmodi. Sed cum hoc nomen deo dicimus non intendimus significare aliquid distinctum ab essentia vel potentia vel esse ipsius. Et sic cum hoc nomen sapiens de homine dicitur quodammodo describit ꝛ comprehendit rem significatam: non autem cum dicitur de deo: sed relinquit rem significatam vt in comprehensam ꝛ excedentem nominis significationem. Unde patet quod non secundum eandem rationem hoc nomen sapiens de deo ꝛ de homine dicit. Et eadez ratio est de aliis. Unde nullum nomen vniuoce de deo ꝛ creaturis predicatur. Sed nec etiam pure equiuoce: vt aliqui dixerunt. Quia secundum hoc ex creaturis nihil posset cognosci de deo nec demonstrari: sed semper incideret fallacia equiuocationis. Et hoc est tam contra philosophum qui multa demonstratiue de deo probat: quam etiam

¶ Circa tertiam consequentiam difficultas occurrit non parua: ex duobus capitibus. Primo quod consequentia nihil valet: quoniam procedit a rerum conditionibus ad nominum conditiones. Constat enim intellectum nostrum a quo dependent nomina natum esse adunata diuidere: ꝛ propterea posse intelligere ꝛ significare perfectionem: puta sapientiam absque intellectione ꝛ significatione conditionum suarum: quas habet in re puta qõ sit idem cum altis aut nõ idem. vnde consequentie iste nihil valent. Sapientia est in creaturis res distincta a iustitia ꝛc. ergo nomen sapientie dictum de creaturis significat sapientiam cum distinctione eius a iustitia ꝛc. sicut non valet, quantitas in mixtis est res coniuncta colori: ergo nomen quanti di cum de mixtis significat quantitatem cum iunctam colori ꝛc. Secundo quia quicquid sit de consequentia: ipsa tamen propositio consequens in qua sustentatur presens positio est in se falsa. Et manifestatur hoc ratione sic. Sapientie nomen absolute: aut significat sapientiam finitam: aut infinitam: aut vtranque aut neutro modo sed abstrahit a finitate ꝛ infinitate. Non primum quia sic ista esset falsa, homo est sapiens. Nec tertium quia sic vtraque predicatorum esset falsa ergo quartum: ꝛ si sic: ergo dicendo homo est sapiens: ly deus est sapiens non magis significat quid distinctum in prima quam in secunda quia simpliciter ꝛ absolute in vtraque predicatur absque additione aliqua. Et confirmatur: quia positionis huius author in hoc videtur decepisse: quod non distinxit inter formalem significatum nominis ꝛ materiale sub positum eiusdẽ. Quãuis enim quum dico homo est sapiens: ly sapiens gratis materie subiecte: predicetur quantitatem cõ distinctionem sui ꝛc. quia fecisset ipsa sapientia in homine est res distincta ab eius esse ꝛc. Ex formali ratione suo significato

230 24 71

non predicat nisi sapientem esse: siue limitate: siue non diuisit secundum rem. ¶ Ad euidentiam horum tria facere oportet. primo declarare terminos assumptos. Secundo excludere falsum sensum huius processus. Tertio manifestare verum. Scito quod significare aliquid vt distinctum sen in ratione distincti, cõtingit dupliciter. Uno modo formaliter: id est significare aliquas distinctionem illius ab alijs: ꝛ sic non intelligitur in litera. Alio modo fundamentaliter seu causaliter: ꝛ hoc est significare aliquid vt fundans distinctionem sui ab alijs ꝛ sic sumitur in proposito. Intendit enim litera quod sapientia ꝛ alia huiusmodi significent in creaturis: non quod quid est sapientie ꝛ distinctionem eius a iustitia: sed quod quid est sapientie vt fundat diuersitatem sui a iustitia. Hoc autem vt infra patebit: non aliquode habet sapientia quam ex sua quidditate. Et ideo significare sapientiam vt distinctam ab alijs. nihil aliud est quam significare sapientiam vt quidditatem. Quum autez audis ly ab alijs: non intelligas ab vnitersis ceteris. quoniam sic omne nomen etiam in deo significat aliquid distinctum. Nec est in hoc differentia aliqua inter nomina diuina ꝛ creaturarum. Sed intelligas ab alijs perfe-

67

¶ In responsione ad tertium. Aduerte qõ illa propositio: deus est vnus re, plures secundum rationem potest dupliciter percipi. Uno modo vt sit multiplex ratione. subiectiue idest ꝙ sit subiectum pluriũ conceptuum: ꝛ est falsa. quoniam vnicus est conceptus in intellectu diuino quo se, et omnia simul intelligit. Alio modo obiective idest quod est obiectum plurium conceptuum, siue actualiter, siue virtualiter. ꝛ sic est vera, ꝛ ad propositum. Ita quod deus dicitur multiplex secundum rationem idest obiectum verificans actu vel virtute: plures conceptiones de eo.

¶ In eadem responsione aduerte radicem predicte propositionis ex parte dei. esse eminentem eius vnitatem. Ex parte vero intellectus nostri esse proportionem eius ad sensibilia. Et intendit ꝙ causa talis ac tante pluralitatis rationum de deo: que nominibus significatur, est tanta elongatio nostri intellectus ab illa summa vnitate. quod adeo dearticulate intelligit: quem admodum in rebus extra diuersificantur similitudines diuine. Sicut enim extra aliud est iustitia: aliud sapienna ꝛc. Ita etiam intellectu nostro. ꝛ hoc vt infra patebit: quia est infinitus intellectus. Et nota ꝙ non dixit quia intellectus accipit a rebus: sed dixit. quia intellectus multipliciter apprehendit: sicut res multipliciter representant. vnde si intellectus noster non acciperet scientiam a rebus, vt contigit in adam: nihil minus idem sequitur: ex hoc ꝙ intellectus proportionalis est rebus: vt in litera dicitur. Ex hac autem radice tu qui alios respicis: habere facile potes rationem pluralitatis rationum de deo. Si enim tanta pluralitas oritur ex summa vnitate obiecti respectu intellectus tam remoti: minor pluralitas orietur ex eadem respectu intellectus propinquioris. Nulla autem pluralitas erit respectu propinquissimi. Et cum constet ꝙ propinquissimus intellectus non sit qui ab intellecto aliquo modo distinguitur: solus diuinus intellectus restat respectu cuius ex illa summa vnitate nulla conceptuum pluralitas oritur. Radix ergo absolute ꝛ vniuersaliter loquendo ꝛ non tantum respectu nostri: quare deus est multiplex ratione: est eius perfecta vnitas: ꝛ finitas intellectus creati. Quod ideo hic diximus quia ex hac litera deducitur non quod ad hanc spectet questionem: que de nominibus est. ꝛ consequenter non nisi de dependentibus a nobis.

¶ Super articulum quintum.

In titulo ly vniuoce sumitur vt in predicamentis diffiniuntur vniuoca. Hec oportet addere aut minuere vt etiam in fine huius articuli dicitur.

¶ In corpore quarto. primo respondet questio negatiue, quod non

68

69

72 po. q. 7. artic. 7. ꝛ opus. 3. c. 27. Et. 1. 3. c. 32. 33. 2. 34.

67

Universidad de Deusto
Biblioteca

ertionis simpliciter: vel ab aliis possibilib⁹ in eodē inueniri: vt littera aperte pretefert. Pōt autē pcessus iste habere duos sensus. Primus est vt ex identitate z diffōne reali perfectionū: inferatur differētia noīm quo ad significare perfectionē z distinctā z significare nō vt distincram. z iuxta hunc sensum procedunt oēs facte: sed hic sensus est falsus: vt obiciendo probatum est: nec est intentus in littera. Alter vero sensus est: vt ex identitate et distinctione formali perfectionum inferatur predicta nominuz differētia. z hic sensus est intentus verus formalis z cōcludens intentū. Ad cuius euidentiam scito q duas perfectiones iungi ad ꝓpositū contingit dupliciter, scz identice z formaliṫ. Idēnice quidem vt si singamus q sapientia sit. z eius iustitia sint vnamet res. Formaliter autez potest imaginari dupliciter. Primo si fingamus q ꝓpria ratio formalis sapientie, z ꝓpria rō iustitie sunt vna ratio formalis.

77

Ita q illa vna ratio non sit tertia ratio: sed sit tantum propria sapientie et iustitie ratio. z huiusmodi idēitas est simpliciter impossibilis implicans duo cōtradictoria. Si ēt ille due nō sunt vna ratio tertia. ergo nō sunt vna ratio: qm nulla ratio est identitatis formalis vnius ad aliū. ex quo ēm se non sunt vna. z si sint vna rō: ergo sunt vna triplr rō: eo qō vna ēm se, non est altera. Scōo potest intelligi si fingamus rationem sapientie. z rationem iustitie eminenter claudi in vna ratione formali superioris ordinis. z identificari formaliter. Et hec identitas est non solum possibilis: sed de facto, omnium perfectionum in deo. non est enim putandum rationem formalem propriam sapientie esse in deo: sed vt in litera habetur ratio sapientie in deo: non sapientie propria est. sed est propria superioris: pura deitatis: z cōmunis eminentia formali iustitie: bonitati potentie z c. Sicut enim res que est sapientia. z res que est iustitia in creaturis: eleuantur in vnam rem superioris ordinis scilicet deitatem. Et ideo sunt vna res in deo. Ita ratio formalis sapientie. z ratio formalis iustitie: eleuantur in vnam rationem formalem superioris ordinis. f. rationem propriam deitatis. z sunt vna numero ratio formalis eminenter virtualiter continens: non tantum virtualiter vt ratio lucis continet rationē calosis. sed formaliter: vt ratio lucis continet rationem virtutis calefactiue. Unde subtilissime diuinum. S. Tho. in genium: ex hoc quod ratio sapientie in deo est formaliter: non solum ipsa: sed etiam ratio iustitie. z consequenter est ratio propria non sapientie: sed alicuius tertij. In creaturis autem est formaliter ipsa propria ratio sapientie. Intulit. ergo alia est ratio sapientie in deo: z alia sapientie in creaturis: ac per hoc nomen cōmune non dicitur de eis ēm vnā rōnē. Quod vt clarius percipiatur exempla subdamus. Si enim queratur quid est hō inquantum sapiens respōdebitur q ordinatius vel aliquid hmōi. Si vero queratur, quid est deus inquantum sapiens respondendum est. q aliquid eminenter prehabens in se esse ordinatium. Ubi manifeste patet q licet hy sapiens sit nomen commune deo z hominiṫ ratio tamen virtusq; secundū illud nomen: non est omnino eadem: propter hoc: quia ratio sapientie in homi ne est solum ipsa. in deo vero est ipsa z alie. imo nec ipsa nec alie. sed altior quedam ratio. z hoc est quod in littera acute perspecta dicitur.

¶ Ad obiectiones autem in oppositum dicitur. Et ad primam quidem dicitur q processus iste non arguit ex conditionibus rerum ad conditiones nominum absolute: sed ex diuersitate rationis formalis significate per nomen in hoc z in illo ad destruendam vniuocationem nominis: vt enim patet ex dictis, nō ex identitate: aut diuersitate realis: sed ex idētitate z diuersitate formali perfectionū inter se intellecta procedit litera. Nec licuisset ex ēx formali identitate perfectionum inter se destruere vniuocationem nominis: nisi ex formali identitate eorum que ēm se non sunt idem, constaret sequi tertiam rationem aliquem omnibus huiusmodi diuersis. Ex hoc enim quod non nisi tertia ratio est: proxime liquet formalis distinctio perfectionis elevate z non eleuate: seu identificate formaliter alijs: z non identificate formaliter alijs. ¶ Ad scōam vero dicitur q argumentū supponit sapientie nomen absolute: non vt significat speciem qualitatis: sed transcendenter sumptum: significet aliquam rationē formalem vnā simpliciter. Quod tamen hic queritur z disputatur z concluditur esse falsum: q: significat rationem formalem vnam ēm analogiam: z non simpliciter. Quomodo autem ratio vna ēm analogiam predicatur de pluribus diffuse tractatum a nobis est in tractatu de analogia nominum. Unde ad questium dicendum esset quod importat vtrunq; sapientiam: sed non per modū vniuoci. z ideo sequela nihil valet: que hoc supponit.

¶ Ad confirmationem autem dicitur: q quum dico. deus est sapiens: hy sapiens ex formali suo significato importat sapientiam eandem formaliter iustitie z c. imo vt rectius loquar: significat non sapientiā: sed aliquid eminenter prehabens rationem sapientie. Quum vero dico homo est sapiens: hy sapiens predicat ipsam sapientie rationē: vt patet ex respōsionibus reddendis querentibus quid est deus vt sapiens: z quid est homo vt sapiens. Illud enim formaliter nomen significat: qō respōdetur queriti quid est a. inquantum hz illud nomē. non est igitur deceptus aut hoc: sed rationem vniuocorum formalem formalissime est intuitus: iuxta Aristo. diffinitionem.

¶ Contra predictā cōclusionē Scoꝫ in primo. dist. 3. questionibus ꝑ⁸. 1. 3. 4. 5. et dist. 8. q. 2. arguit multipliciter. Tū qz nomina hmōi hñt cōceptū certū in cōmuni stante dubitatione de cōceptibus dei z creature. Tum quia processus metaphysicales vruntur vna ratione formali in hmōi. z auferendo ab eo omnes conditiones imperfectionis attribuunt eam deo. Tum quia aliter deus non esset naturaliter cognoscibilis aliquo simplici conceptu: eo quod ille cōceptus nō clauderetur essentialiter nec virtualiter in aliquo relucente in fantasmate. Tum qz ois comparatio est in aliqualiter vniuoco ex 7. physi. Cōstat enim deum esse perfectius ens ēx creatura. Et quāuis diffuse hec in commentarijs de ente z cētia tractata sint: nunc tamen breuiter respondeatur.

¶ Ad primū quidem. Illud argumentum nihil aliud concludit: nisi aliquātē cōceptus sapientie. Uerbi gra: in communi sapientia dei z sapientia creatu re: sed ex hoc inferre: ergo vniuocus conceptus. est sophisma consequentis. Quoniam conceptus analogus est etiam alius ab inferioribus: non tamen eo alietatis mō quo est alius conceptus vniuocus ab vniuocatis: q: hic est alius vt precisius ab eis: ille vero vt cōtinēs eos: vt diffuse scripsimus in tractatu de analogia nominum. ¶ Ad scōm vero dr q metaphysicales processus vruntur vna rōne simpliciter in principio inquisitionis: sed in termino vruntur rōne vna non simpliciter sed ēm analogiam. sic enim est vna ratio vt Scotus obiicit: de lapide z sapientia: quia ratio lapidis nec in principio, nec in termino inquisitionis: potest remanere vna analogice salnata formaliter in deo z lapide quia semper lapidis ratio imperfectionem claudit. ¶ Ad tertium autem dicitur: q deus est cognoscibilis conceptu simplici contēto in obiecto relucente in fantasmate participatiue vel imitatiue. nec oportet q cōtineatur essentialiter aut virtualiter. datur est tertius modus. ¶ Ad quartum deinde dicitur: quod comparatio sit etiaꝫ in analogo quod medium est inter vniuocū z equiuocū: z ideo negatur assumptum. Quum enim dicitur deus est perfectius ens creatura: comparatio fit in ratione entis vna secundum analogiam z sic communi virtꝰ vt alibi docuimus.

¶ Quo ad secundum conclusio negatiua est: huiusmodi nomina non dicuntur de deo z aliis pure equiuoce. Probatur sic. si diceremur equiuoce tra philosophum z apostolum: ergo. Consequentia probatur: qr incideret fallacia equiuocationis. destructio vero consequens patet.

¶ Aduertenda sunt hic duo. Primum est: hy pure. non enim est in litera dicitur absolute q non equiuoca sed cum limitatione dicitur: q non sunt pure equiuoca. Addita est autem hec limitatio: quia secundum vnitatem analoga comprehenduntur sub equiuocis: que in predicamentis diffiniuntur. Equiuoca enim multipliciter inueniuntur. Quedam enim sunt quorum nomen est commune z ratio ēm illud nomen est diuersa totaliter z hec vocantur pure equiuoca. Et de his loquitur litera hec. Quedam vero sunt quorum nomen est commune z ratio secūdum illud nomen est diuersa sēm aliquid: z hec multis modis inueniuntur: comprehenduntque sub se analoga: vt alibi ostendimus. Secundum est hy nihil in consequente positum non supponit pro nihilo simpliciter: quoniam dato quod omnia huiusmodi nomina equiuoca essent: adhuc possemus cognoscere quod deus est creator. z super omnia. z quod non est corpus z c. sed supponit pro nihilo formaliter communi deo z creaturis: puta esse ens: actum: bonum: sapientem z c. Nihil enim horum posset sciri de deo: sed semper incideret fallacia equiuocationis vt patet.

¶ Quo ad tertium conclusio responsiua affirmatiue hec est: quecunque nomina sunt communia deo z creaturis dicuntur de eis ēm analogiam vnius ad alterum idest creature ad deum. Declaratur. hy vnius ad alterum distinguendo analogiam nominum. f. quia vel est ratione proportionis aliquorum inter se: z hec vocatur vnius ad alterum: vel ratione proportionis aliquorum non inter se, sed ad tertium: z hec vocatur duorum ad tertium seu multorum ad vnum. Exempla patent in litera. Probatur deinde conclusio: quo ad primam quidem partem per locum a diuisione, propter quod in litera dicitur. dicendum est igitur z c. Quo ad secundam vero sic. Deum non possumus nominare nisi ex creaturis. ergo nomina communia vtrique dsir ēm ordinē vnius ad alterū. Quo ad tertiam vero: quia deus est causa in qua preexistunt omnium rerum perfectiones.

¶ Memento hic q exempla ponimus non q ita sit: sed vt discentes intelligant. non enim ens est analogum deo z creaturis secundū denominationē extrinsecam: vt sanū: sed in hoc tenet similitudo: q vtrobiq; est analogia rōne ordinis duorum inter se: quamuis dissimiliter sit hic, z ibi. Nam inter deū z creaturam est similitudo formalis imitatiua. que etiam in litera tangitur: dum creaturas ordinari in deum dicitur, vt causam. in qua preexistunt perfectiones omnes. Inter animal vero sanum, z vrinam. non est similitudo: sed relatio significationis: z propterea idiest analogica cōmunitas scōz ad vnum ēm predicationem quamcunq; siue extrinsece siue intrinsece

¶ Quo ad quartū pcto est. Isle modus predicatiōis medius est inter vniuoca z equiuoca. pbaf p locū a diffōne ad diffinitū. hic non est vna rō simpliciter: nec diuersa totaliter. Sed ēm quid eadē. z ēm qd diuersa. significat enim non esse verum vniuersaliter q primū analogorū poni debeat in rationibus aliorum analogatorū. Secundo simpliciter. Tum qz ex dictis patet: sapientiam analogice dici de deo et alijs. et tamen creatura non dicitur sapiens in ordine ad deum: nec econuerso, vt patet. Sed vterq; dicitur sapiens absolute. Tum qz in ratione hois vt sapiens nō claudit sapientia dei. nec in ratione dei vt sapiens est: claudit sapiētia hominis. ergo.

p̄cipue sm habitus: p out in eis. s. actus virtual' exīstunt.

Ad p̄mū Ergo dōm, q̄ esse nostrū ad imaginē dei pti-
net qđ est nobis p̄priū supra alia aialia. Nō 444
quidē esse cōpetit nobis inquātū mentem habemus. Et ideo
eadem est hec trinitas cum illa quam August. ponit in. 9. de
tri. que consistit in mente notitia: z amore. ¶ Ad secundū di-
cendū, quod Augu. hanc trinitatē primo adinuenit in mente.
Sed quia mens etsi se tota quodāmodo cognoscat: etiā quo-
dāmodo se ignoret: put. s. est ab alijs distincta: z sic etiā se que
rit: vt Aug. p̄ñt probat in. 10. de tri. ideo quia notitia non tota
liter menti coequat accipit in aia tria q̄dā p̄pria mentis. s. me
moriā, intelligentiā z voluntatē: que nullus ignorat se habe
re: z in istis trib⁹ potius imaginē trinitatis assignat, q̄si p̄ma
assignatio sit q̄dāmō deficiēs. ¶ Ad tertiū dōm q̄ sic Aug. p
bat. 14. de tri. itelligere dicimur z velle seu amare aliq̄: z q̄n de
his cogitamus: z q̄n de his non cogitamus. Sed q̄n sine cogi-
tatione sunt, ad solā memoriā ptinēt: q̄ nihil est ad secundum

ipsum q̄ habitualis retētio notitie z amoris c. Sz qz vt ipse di
cit: verbū ibi esse sine cogitatione non pōt: cogitam⁹ em̄ de q̄ 2
dicim⁹ ēt illo interioi verbo: q̄ ad nullū gētis ptinet lingua: 215
in trib⁹ potī⁹ illis imago ista cognoscit: memoria. s. intelligen-
tia z volūtate. Hāc aūt nūc dico intelligētiā qua intelligim⁹
cogitātes: z eā volūtatē siue amorē vel dilectionē q̄ ipsaz plē
parētēq; p̄cipit. Et q̄ pz q̄ imaginē diuine trinitatis pot⁹ po
nit i intelligētia z volūtate actuali q̄ sm q̄ sunt i habitualī re
tētione memorie. Lz etiā q̄tū ad h̄ aliq̄ mō sit imago trinita-
tis in aīa: vt ibidē dī. Et sic pz q̄ memoria, intelligētia z volū
tas nō sunt tres vires: vt i sētētijs dī. ¶ Ad 4^m dz, q̄ aliqs
rūdere posset p̄ hoc q̄ Aug. dicit. 14. de tri. q̄ mēs sp meminit
sp se intelligit z amat. Uō q̄dā sic intelligūt: quasi aīe assit a-
ctualis intelligētia z amor: suīpsi⁹. Sz hūc intellm excludit p
h̄ q̄ subdit q̄ nō sp se cogitat discretā ab his q̄ nō sunt q̄ ipa.
Et sic pz q̄ aīa sp intelligit z amat se: nō actual'r, sz habitual'r
Quāuis dici possit q̄ p̄cipiēdo actū suū seipsam intelligit q̄n-
cūq; aliq̄d intelligit. Sed qz nō sp est actu intelligēs. vt pz in
dormiēte: tō opz dicere q̄ actus etsi non sp maneāt in seipsis:
manent tñ semp in suis p̄incipijs. s. potētijs z habitibus. Uñ
Aug. dicit. 9. de tri. Si sm hoc facta est ad imaginē dei anima
rationalis q̄ vti rōne atq; intellectu ad intelligendū z cōspi-
ciendū deum pōt: ab initio quo esse cepit fuit in ea dei imago.
¶ Utrum imago diuine trinitatis sit in anima solū per com-
parationem ad obiectum quod est deus. Artic. 8.

A Octauū Sic p̄cedit. Uñ q̄ imago diui-
ne trinitatis sit in aīa nō solū
p cōparationē ad obiectū: qō est deus. Imago. n.
diuine trinitatis inuenit in aīa: sicut dctm est: sz
qō ẏbū in nobis p̄cedit a dicēte z amore abvtroq;.
Sz h̄ inuenit in mēte nostra imago diuine trinitatis. ¶ Ꝑ. Augu.
dicit in. 12. de tri, q̄ cū ḡrim⁹ in aīa trinitatē in tota ḡrim⁹: z ñ
separantes actionē rationalē in tēporalibus a cōtēplatione
eternorum. Ergo secundū tāporalia oba inuenitur imago tri-
nitatis in anima. ¶ Ꝑ. Quod deuz intelligim⁹ z amemus cō-
uenit nobis secundū gratie donū. Si igit̃ sm memoriā intelli-
gētiam z voluntatem seu dilectionē dei attendatur imago tri
nitatis in aīa nō erit imago dei in hoie sm mām: sed sm graz.
Et sic non erit oībus cōis. ¶ Ꝑ. Scti qui sunt in p̄tia maxi-
me cōformantur imagini dei sm gl'iē visionē. Uñ dī. 2. col. 3.
In eādē imaginē trāsformamur a claritate i claritatē. Sz hz
visionem gl'ie temporalia cognoscunt. Ergo etiam per com-
parationem ad temporalia dei imago attenditur in nobis.

Sed Contra est, q̄ aug. dicit. 14. de tri. q̄ non ppea ē dei
imago in mēte: qz sui meminit z diligit z itelligit se:
sz qz pōt ēt meminisse itelligere z amare deū: a quo facta est.
Multo igitur minus sm alia oba attēdit imago dei in mēte.

Rñdeo Dōm, q̄ sicut supra dctm est: imago importat
similitudinem vtriq; pertingentē ad spēi re-
presentationem e. Uñ oportet q̄ imago diuine trinitatis atten
datur in aīa sm aliquid quod representat diuinas psonas re-
presentatione spēi: sicut est possibile creature. Distinguuntur
autem diuine persone: vt dictū est f: sm processionem verbi a
dicente: z amoris ab vtroq;. Uerbū autem dei nascitur de deo
scōm notitiā suīpsius: z amor procedit a deo sm q̄ seipsum a-
mat. Manifestū est autem q̄ diuersitas oboum diuersificat spēm verbi z amoris. Nō em̄ idē spē in corde hominis ẏ-
bū cōceptum de lapide z de equo: nec idem spē amor. Attēdi-
tur igitur diuina imago in hoie sm ẏbū conceptū de dei noti
tia: z amorē exinde deriuatū. Et sic imago dei attendit in aīa
sz q̄ ferē: vl' nata est ferri in deū. Ferē aūt in aliquid mēs du-
pliciter. Uno mō directe z immediate. Alio modo indirecte z
mediate: sicut cū aliqs videndo imaginē hominis in speculo
dicit ferri in ipm hominē. Et iō aug. dicit in. 14. de tri. quod
mēs meminit sui: itelligit se: z diligit se. Hoc si cernim⁹, cernī-
mus trinitatē: nōdū quidē deū: sed iā imaginē dei. Sed hoc
est nō qz ferē mēs in seipsam absolute: nec put p hoc vlterius
potest ferri in deū: vt patet per autoritatez supra inductam f.

Ad Primū ergo dicendū, q̄ ad rōnē imaginis nō solū opz
attēdere q̄ aliq̄d p̄cedat ab aliquo sed etiā q̄d a quo
p̄cedat. s. q̄ verbū dei p̄cedit a notitia de deo. ¶ Ad 2^m dōm
q̄ in tota q̄dē aīa inuenit aliqua trinitas: nō quidē ita q̄ pte
r actionē tpalis z tēplationē eternoū querat aliq̄d tertiū
quo trinitas impleat, put ibidē subdit. Sz in illa pte rōnis q̄
deriuatur a parte tēporaliū, etsi trinitas inuenīri possit: nō tñ

que cōuenīūt actib⁹ p̄uenīūt ēt q̄dāmō potētijs z p̄cipue habitib⁹: qz proxi-
mioris p̄incipij rōnē hīt: z sic pater 3^a ps. Et nota vltima ẏba līt: eqz limitant
potētias z habit⁹, q̄ nō q̄ncūq;: sz vt virtualr se hīt ad actū: sic sunt partes
imaginis: nō vt passiones aut ꝓprietates 2c. Et hec in solutiōe argumētoꝝ
patent. ¶ In rsione ad 4^m aduerte q̄ cum dī: posse dici q̄ aīa seipsam
intelligit percipiendo actū suū q̄ficūq; aliq̄d in: elligit: inter ptandū est de co-
gnitione an est: vl' enim
imago dei pōt inueniri: vt postea dī: qz hmōi
tpalium notitia aduentitia est aīe: z habi-
tus etiam ipsi quibus tpalia cognoscunt nō
semper adsunt: sed q̄ncq; quidē presentiali-
ter adsunt: quandoq; aūt scīm memoriā tan
tum etiā postq̄ adesse incipiunt. Sicut pz
de fide que tēporaliter nobis aduenit in pre
senti: in statu autē future beat itudinis tam
matine. Sedo distin-
guit modos eius.
¶ Quo ad p̄imū dco
est imago trinitatis ar
tendit in anima sm̄q
ferē, aut nata est ferri
in deū notitia z amo- 466
re 2c. Probatur. ima- 11 q.
go e similitudo repre-
sentans speciem: ergo
imago trinitatis i aia
est sm̄ repn̄tationem
spēi diuinarū psonarū
deformis: vt in peccatoribus: siue sit clara z
pulchra: vt in iustis: sicut Augu. dicit. 14. de
tri. ¶ Ad quartum dicendum, quod secun-
dum visionem gloie temporalia videbun-
tur in ipso deo. Et ideo huiusmodi tempo-
ralium visio ad dei imaginem pertinebit.
Et hoc est quod Augu. dicit. 14. de tri. quod
in illa natura: cui mens feliciter adherebit
immutabile videbit omne quod videbit.
Nam in ipso verbo increato sunt rationes
omnium creaturarum.
¶ Utrum similitudo ab imagine continen-
ter distinguatur. Artic. 9.

A D nonū Sic proceditur. Uidetur qō si-
militudo ab imagine non con-
uenienter distinguatur, Genus
enim non conuenienter distin-
guitur a specie. Sed similitudo compara-
tur ad imaginem vt genus ad speciem: quia
vbi est imago ibi est cōtinuo similitudo: sed
non conuertitur: vt dicitur in libe. 83. q. Er-
go inconuenienter similitudo ab imagine
distinguitur. ¶ Preterea. Ratio imaginis
attenditur nō solum per representationem
diuinarum personarum: sed etiam secun-
dum representationem diuine essentie: ad
quam representationem pertinet immorta-
litas z indiuisibilitas. Non ergo conuenien
ter dicitur quod similitudo est in essentia:
quia est immortalis z indiuisibilis: imago
autem in alijs. ¶ Preterea. Imago dei in
homine est tripler scilicet nature: gratie: z
glorie: vt supra habitum est e. Sed innocen-
tia z iustitia ad gratiam pertinent. Incon-
uenienter ergo dicitur quod imago accipi-
tur secundum memoriam in intelligentiam
z voluntatem: similitudo autem secundum
innocentiam z iustitiam. ¶ Ꝑ. Cognitio ve-
ritatis ad intelligentiam pertinet: amor au-
tem virtutis ad voluntatem: que sunt sunt
due partes imaginis. Non ergo conuenien-
ter dicitur quod imago sit in cognitione ve
ritatis: similitudo in dilectione virtutis.

Sed cōtra Er, q̄ August. dicit in
lib. 83. q. Sunt qui nō
frustra intelligunt duo dicta esse ad imagi
nem z similitudinem: cum si vna res esset v-
num nomen sufficere potuisset.

Rñdeo Dicendum, quod similitudo
quedam vnitas est. Unum
est in qualitate siḿitudinē causat: vt dicit in

¶ Super arti. 9.
TIulus istius art.
occasionat. est
ex verbis gene. primo
vbi dr faciamus homi-
nem ad imaginem z si
militudinem nostraz.
¶ In corpe vna cōclu-
rsiua questio bimem
bris. Siḿitudo 2ª pōt

Universidad de Deusto
Biblioteca

distingui ab imagine. Uno° vt præambula ad ipsam. Alio° vt subsequês ꝑ ꝑticulas ipsam. Probatur et declarat° hiras dictõnis. 2° explanantur singula membra. Distiõ probatur sic. Unũ est cõmune oibus z põt ad singula aptari sicut bonũ z verũ, ergo et istitudo. ergo vt bonus se habet vt præambulus z subsequens respectu particularis boni: ita etiã siliꝫdo se habere põt ad imaginem vt præambula et vt subsequês. Ãio probat. q; est trãscendês sicut ille. prima consequentia vero ꝓbat. q; silitudo sequit vnũ; et ꝓbat ex. 5. meta. Sc̃da ꝫo ꝓba ꝓbat. q; eã est vtrobiq; rõ. Communitas. n. z ꝑfectio re^u hius faciunt q̃ bonum habeat se vtroq; mõ. Tertio aũt cõditio inuenit in silitudine respectui imaginis: quia z cõior est: non enĩ ois silitudo est imago: et vt perfectio cius sumit alioqn non diceremus imagos silis ad cõmendandã eã ꝑfectionẽ. Deinde explanantur singula membra sigillatim. Et ꝓpũ ex duabus autoritatib^9 aug. Scdo. secũdũ z iuxta autoritatem Damascẽni. ota clara sunt.

¶ Super qõ. 24. Articulum. 1.

TIulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo directe respondet quesito. Secundo ad bonitatẽ doctrine ostendit q̃lem cognitionẽ ꝑmus homo de deo hũit. ¶ Quo ad ꝑm^m 2° ꝑtem est ne gatiua. Primo hõ non vidit deũ per essentiaz ꝑm cõez statum illius vite. Hec cõclo ꝓ declarat ex q̃ ad vltimam ꝑticulã: ꝛre sit addita q̃. s. posset alios dicere: q̃ hõ ꝑtãli gra Ãdã vidit deũ p essentiam, q̃ i soporẽ venit. Vnde ꝓbatur. Uidentes deũ p essentiam se quedam earũ semina. Et ꝑm has posset athñt ad ipm sicut dix tẽdi similitudo nãlis. Quãuis nõ sit incõuenientes: vt id q̃ secundum assignationem vnam dicitur imago secundum aliam dicat̃ similitudo. ¶ Ad quartum dicendum, q̃ dilectio verbi q̃ est amata notitia pertinet ad rõnem imaginis: sed dilectio virtutis ꝑtinet ad similitudinem: sicut z virtus.

De statu vel condítione primi hominis quantum ad intellectum. Dõ. 94.

Deinde dum est de statu vel cõditione primi hominis. Et primo quantum ad animam. Secundo quantuz ad corpus.

¶ Circa primum consideranda sunt duo. Primo de condítione hominis quantũ ad intellectum. Secundo de cõditione hominis quantum ad voluntatem.

¶ Circa primum queruntur quatuor. Primo, vtrum primus homo viderit deum per essentiam. Secũdo, vtrum videre potuerit substantias separatas. i. angelos. Tertio, vtrum habuerit omniuz scientiam. Quarto, vtrum potuerit errare vel peccare.

¶ Utr^z ꝑm^s hõ ꝑ essentiã deũ viderit. ar. 1.

Ad primũ Sic proceditur. Uidetur q̃ primus homo per essentiam deum vt viderit. Beatitudo enim hominis in visione diuine essentie cõsistit. Sed primus homo in paradiso conuersans beatam z omnium diuitem habuit vitam: vt Dama. dicit in. 2. lib. Et Aug. dicit in. 4. de ciui. dei. Si homines habebant effectus suos quales nunc habemus: quomodo erãt beati in illo inenarrabilis beatitudinis loco. i. paradiso: Ergo primus homo in paradiso vidit deum per essentiam. ¶ Ps. Aug. dicit. 14. de ci. dei, q̃ primo homini non aberat quicqã quod bona voluntas adipisceretur. Sed nihil melius bona voluntas adipisci potest quam diuine essentie visionem. Ergo homo per essentiam deum videbat. ¶ Ps. Ulio dei per essentiam est qua videtur deus sine medio z sine enigmate. Sed homo in statu innocentie vidit deum sine medio: vt Magister dicit in. 1. dist. 4. li. seu. Uidit etiam sine enigmate: quia enigma obscuritatem importat: vt Aug. dicit. 15. de trini. Obscuritas autem introducta est per peccatum. Ergo homo in primo statu vidit deum per essentiaz.

Sed cõtra Est, quod Apostolus dicit. 1. ad Corin. 13. quod nõ primus quod spirituale est: sed quod animale. Sed maxime spirituale est videre deum per essentiam. Ergo primus homo in primo statu animalis vite deum per essentiam non vidit.

Rñdeo Dõm, q̃ primus homo deum per essentiã non vidit secundum communem statum illius vite: nisi forte dicatur q̃ viderit eum in raptu: quando deus unmisit soporem in Ãdam: vt dicitur Gen. 2. Et huius ratio est: quia cum diuina essentia sit ipsa beatitudo: hoc modo se habet intellectus videntis diuinam essentiam ad deum: sicut se hz quilibet homo ad beatitudinem. Manifestum est autem q̃ nullus homo potest per voluntatem a beatitudine auerti. Naturaliter esñ z ex necessitate homo vult beatitudinem^e: z fugit miseriam. Unde null^9 videns deũ per essentiã potest voluntate auertia deo: quod est peccare. Et propter hoc omnes videntes deum: per essentiam, sic in amoze dei stabiliuntur q̃ in eternum peccare nõ possunt. Cum ergo Adam peccauerit: manifestũ est q̃ deum per essentiam non videbat. Cognoscebat tamẽ deum quadam altiori cognitione q̃ nos cognoscamus. Et sic quodammodo ei^9 cognitio media erat inter cognitionem ꝑtis status z cognitionem ꝑfectam, qua deus p essentiã vꝰ. ¶ Ad cui^9 euidentiã cõsiderandũ est q̃ visio dei per essentiã diuiditur cõtra visionẽ dei p creaturã. Quãto aũt aliqua creatura est altior: z deo similior: tanto per eam deus clari^9 videtur: sicut homo perfectius videtur per speculum in quo expressius imago eius resultat. Et sic patet quod multo eminentius videtur deus per intelligibiles effectus: quam per sensibiles z corporeos. A cõsideratione autem plena z lucida intelligibiliũ effectuũ impedit hõ in statu pñti q̃ hoc q̃ distrahit̃ a sensibilib^9: z circa ea occupat̃. Sed sicut vi ecclẽ. 7. deus fecit hoiez rectũ. Hec aũt fuit rectitudo hois diuinit^9 instituti: vt inferiora superioribus subderent̃: z superiora ab inferioribus non impedirent̃. Uñ hõ ꝑm^s nõ impediebat̃ p res exteriores a clara et firma cõtemplatione intelligibiliũ effectuũ: quos ex irradiatione ꝑme veritatis percipiebat: siue nãli cognitione, siue gratuita. Uñ dicit Aug. in. 2. sup Gen. ad lit. q̃ fortassis deus ꝑmis hoibus antea loquebat̃, sicut cũ angelis loquit̃ ipa incõmutabili veritate illustrans mẽtes eorum: etsi non tanta participatione diuine essentie quantã capiũt angeli. Sic igit̃ per hmõi intelligibiles effectus dei: deũ clari^9 cognoscebat q̃ modo cognoscamus.

Ad primũ Ergo dõm, q̃ hõ in paradiso beat^9 fuit: nõ illa perfecta beatitudine in quã transferendus erat: que in diuine essentie visione consistit. Habebat tñ beatã vitã ꝑm quendã modũ: vt Aug. dicit. 2. super Gen. ad lit. inquantũ habebat integritatẽ z ꝑfectionem quandam naturalem. ¶ Ad scõm dicendum, q̃ bona voluntas est ordinata voluntas. Non autem fuisset ꝑimi hois ordinata volũtas: si in statu meriti habere voluisset quod ei ꝓmittebatur ꝓ ꝓemio. ¶ Ad tertium dicendum, q̃ duplex est medium. Quoddã in quo simul videtur quod per mediũ videri oz: sicut cum homo videtur per speculũ, z simul videtur cum ipso speculo. Aliud medium est per cuius notitiaz in aliquid ignotum deuenimus: sicut est medium demonstrationis. Et sine tali medio deus videbatur. Non tñ sine ꝓmo medio. Non enim oportebat ꝓimũ hominem peruenire in dei cognitionem per demonstrationem sumptã ab aliquo effectu: sicut nobis est necessarium: sed simul in effectibus ꝓcipue intelligibilibus suo modo deum cognoscebat. Similiter etiã est cõsiderãdũ q̃ obscuritas que impotatur in nomine enigmatis dupliciter põt accipi. Uno modo ex q̃ ipsa creatura est quoddã obscurũ si cõparetur ad immẽsitatẽ diuine claritatis. Et sic adã videbat deũ in enigmate: q̃ videbat deum per effectum creatũ. Alio modo põt accipi obscuritas q̃ cõsecuta est ex peccato: ꝑt. s. impeditur homo a cõsideratione intelligibilium per sensibilium occupationem. Et scõm hoc non vidit deum in enigmate.

¶ Utrum Adam in statu innocentie angelos per essentiam viderit. Arti. 1.

Dscd'm Sic procedit. Uidet̃ q̃ Adã in statu innocentie angelos per essentiam viderit. Dicit enĩ Greg. li. 4. dial. In paradiso quippe assueuerat homo verbũ dei ꝑferre: bonoũ angelorũ spiritibus cordis munditia z celsitudine vitionis interesse. ¶ Anima in statu ꝑsenti impeditur a cognitione substantiarũ separatarum ex hoc q̃ est vnita corꝑi corruptibili: qõ aggrauat animã vt dicit Sapi. 9. Uñ z anima separata substãtias separatas videre ꝓt: vt supra dictũ est^e. Sz anima primi hois non aggrauabatur a corꝑe: cũ nõ esset corruptibile. Ergo poterat videre substãtias separatas. ¶ Ps. Una substãtia separata cognoscit aliam cognoscendo seipsam: vt oz in li. de causis. Sz aia primi hois cognoscebat seipsam. Ergo cognoscebat alias substantias separatas.

Sed cõtra Aia ad fuit eiusdem nãe cũ aĩab^9 nris. Sz aie nre nõ ꝑt nunc intelligere ſubas separatas. Ergo nec aĩa primi hominis potuit.

Rñdeo Dõm, q̃ status aie hois distingui põt dupl^r. Uno modo ſm diuersum modum naturalis esse. Et hoc modo distinguitur ſtatus anime separate a ſtatu anime coniuncte corꝑi. Alio modo distinguit̃ ſtatus aie ſm integritatez z corruptionẽ ſeruato eodem modo essendi ſm nãm. Et sic stat^9 innocẽtie distinguit̃ a ſtatu hois poſt pctm. Aĩa em hois in ſtatu innocẽtie erat corꝑi perficiẽdo z gubernando accõmodata: ſicut z nunc. Unde oz primus hõ factus fuisse in aĩam viuentẽ. i. corꝑi vitã dantẽ. ſ. animalem. Sz hui^9 vite integritatẽ habebat inquãtum corpus erat totaliter aie ſubditum in nullo ipſam impediẽs: vt ſupra dictũ est^e. Manifestum est aũt ex q̃ missis ^c q̃ ex hac q̃ aĩa est accommodata ad corꝑis gubernationẽ z ꝑfectionẽ ſm aĩa lẽ vitã: cõpetit aie nre talis modus intelligẽdi: qui ẽ ꝓ cõuersionẽ ad ſantaſmata. Uñ z hic mod^9 itelligẽdi etiã aie primi hois cõpetebat. Secundũ aũt hunc modum intelligendi motus quidam inuenitur in aĩa: vt Dio. dicit. 4. ca. de di. no. ſm tres gradus. Quorum primus est ſm q̃ a rebus exterioribus aggregatur anima ad ſeipſam. Secundus autem est ꝓout anima aſcendit ad hoc q̃ vniatur virtutib^9 superioribus vnitis ſcz angelis. Tertius aũt gradus est ſm q̃ vlterius manuducitur ad bonum q̃ est ſupra omnia. ſ. deum. Scõm igitur primũ ꝓceſſus anime qui est a reb^9 exterioribus ad ſeipſam perficitur anime cognitio: quia. ſ. intellectus operatio anime naturalem ordinem habet ad ea que ſunt extra: vt ſupra dictũ est^e. Et ita per eorum cognitionem perfecte cognoſci potest noſtra intellectualis operatio: ſicut actus per obiectum. Et per ipſam intellectualem operationem perfecte potest cognoſci humanus intellectus: ſicut potentia per ꝓprium actum^c. Sed in ſcõ ꝓceſſu non inuenitur perfecta cognitio. Quia cum angelus non intelligat per cõuerſionẽ ad fantaſmata: ſed longe eminentiori modo (vt ſupra dictum est^c) ꝓdictus modus cognoſcendi quo anima cognoſcit ſeipſam non ſufficienter ducit in angeli cognitionẽ. Multo autem minus tertius ꝓceſſus ad perfectam notitiã terminatur. Quia etiam ipſi angeli per hoc q̃ cognoſcunt ſeipſos nõ poſſunt pertingere ad cognitionem diuine ſubſtantie, ꝑter eius exceſſum. Sic igitur anima primi hois nõ poterat quidem videre angelos per eſſentiam: ſed tamẽ excellentiorem modum cognitionis habebat de eis q̃ nos habeamus: q̃ eius cognitio erat magis certa z fixa circa interioza intelligibilia quam cognitio noſtra. Et ꝓpter tantã eminentiam dicit Greg. q̃ intererat angelorum ſpiritibus. Uñ patet ſolutio ad primũ.

Ad scd'm Dicẽdũ, q̃ hoc q̃ anima primi hominis deficiebat ab intellectu ſubſtãtiarum ſeparatarum nõ erat ex aggrauatione corꝑis: ſed ex hoc q̃ obiectum ei connaturale erat deficiens ab excellentia ſubſtantiarũ ſeparatarum. Nos autẽ deficimus ꝓpter vtrunq;. ¶ Ad tertium dicendũ, q̃ anima primi hominis non poterat per cognitionẽ ſuiꝑſius pertingere ad cognoſcẽdas ſubſtãtias ſeparatas: vt ſupra dictũ est^e: q̃ etiã vnaquęq; ſubſtantia ſeparata cognoſcit aliam ꝑ modũ ſuiꝑſius.

¶ Super Articulum ſecundum.

TIulus per eſſentiam, id est quidditatiue intelligere.

¶ In corpore duo. Primo reſpõdet queſito directe. Secundo ad bonitatem doctrine oſtendit qualem cognitionem habuit primus homo de angelis.

¶ Quo ad primum concluſio est negatiua. primus homo non potuit videre angelos per eſſentiã. Probatur. primus homo naturaliter cognoſcebat per conuerſionem ad fantaſmata: ergo non poterat videre angelos per eſſentiã. Antecedẽs probatur diſtinguendo ſtatum anime dupliciter ſcilicet ſm diuerſos modos eſſendi: z de his ſupra dictum est: z ſecundum integritatem z corruptionem eiuſdem modi eſſendi. Et de hac diuerſitate est modo ſermo: z ideo aſſignatur conuenientia z differentia inter hec membra. Conueniunt in hoc q̃ in ſtatu nature tam integre q̃ lapſe anima est accommodata corꝑi ſm animalem vitam. probatur autoritate: q̃ factus est homo in animam viuentem. Differunt in hoc q̃ corpus erat totaliter anime ſubditum z non impediens in ſtatu illo: nunc impedit. Ex his enim patet antecedens. Si enim primus homo habuit animam accommodatam corꝑi ſm animalem vitam vt in cõuenientia dictum est. ergo intelligebat per conuerſionem ad fantaſmata. hic enim modus intelligendi ex illo eſſendi modo naſcitur. Et nota illud verbum ſm animalem vitam: quoniam excludit obiectionẽ de anima corꝑis glorificati. illa enim non est accommodata corꝑi ad perficiendum ipſm ſecundum vitam animalem. Quoniam tũc non viuet amplius vita animali: ſed vt apoſtolus dicit: ſeminatur animale. et reſurget ſpirituale. Appellatur enim anima lis vita que alimento eteriſq; neceſſariꝰ eget: de qua inferius erit ſermo.

¶ Conſequentia ꝓbatur: intelligendo q̃ p fantaſmata anima mouetur ſm tres gradus: z nullus eorum terminatur ad perfectam cognitionem niſi primus. ergo nõ poterat videre angelos. Aſſumptum quo ad primam partem ꝓbatur ex dionỹ. z explanantur qui ſunt illi gradus primus ad animam: ſecundus ad angelos: tertius ad deum. Secunda pars ſigillatim quo ad ſingula membra probatur. Et primo q̃ primus ad perfectam id est quidditatiuam cognitionem termini. i. anime ducit ex ꝓportione mediũ: quia obiecto actus actui: potentia potentie ſubſtantia commenſuratur. Secundo q̃ ſecũdus non ex ĩmꝓportione mediũ ad terminum: quia ſcilz prima media non ſunt adequata niſi ſubſtantie naturaliter intelligen ti per fantaſmata z ſimiliter ipſum ꝓximum medium ſcilicet ſubſtantia anime non adequat ſubſtantiam ſuperiorem modo naturaliter intelligẽtem ſed angelus non intelligit per fantaſmata: ergo ex anima viſa non videtur. Tertio probatur q̃ tertius minime perficitur ꝓpter exceſſum terminum: ſcilicet dei non ſolum ſuper animam: ſed etiam ſuper angelum: qui etiam viſus non fuit eſſet vt diceret ſeipſum in viſionem dei ob ſtium ĩmminum exceſſum. Quo ad ſecundum. Concluſio eſt: primus homo habebat excellentiorẽ cognitionis modum de angelis quaz nos. Probatur ratione: q̃ fixior erat z certior circa intelligibilia. Et cõfirmatur auctoritate Gregoꝛij.

281 422 474 440

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super articulum tertium.

TItulus clarius. ¶ In corpore est vna conclusio rissima trimembris primus homo habuit sciam oim nāl' scibilium: supernāliū vero quantū ophs erat ad vite regimen: neutra vero nesciebat. Probatur hec conclusio tali ordine. primo enim probatur quo ad omnes perfectiones commune mediū qđ est radix omnium membroū. deinde sigillatim ex illo medio singla membra declaruntur. Est autē processus iste: pfecta nāl' sunt pora imperfectis: g̃res oēs institute sunt a deo in statu pfectore: ergo hō instituus est in statu in quo posset statim esse alioū principiū p instructionem et gubernationem. Tūc vltra erat ꝑncipiū p instructionē: ergo habebat omnium instrubiliū sciam: ergo oium que virtualr cōtinentur in ꝑmis principijs: ergo omniū nāl' scibiliū. Et sic erat principius p gubernationē ergo hēbat cognitionē supernālis finis: ergo et mediorū: reliquoq; supnāliū tantā g̃ra quas fuerat notitiam hēbat. Rursus hō instituus est in statu pfecto: in quo &c. g̃ quū neutra sunt cognitione non habuit.

¶ Ads declaratur: et phaf. Declarat qđ de prioritate qua act⁹ est prior: potentia est fer mo: phaf: qz ea q̃ sunt in potētia non reducūt tur ad actū &c. Prima ꝑa. phatur: qz res institute sunt a deo non solū vt essent: sz vt alio rū ꝑn² essent. Hoc em est esse in statu pfecto et pfecto. Secūda vero ꝑa. phaf. Et cōfirma tur: qz hō pōt eē alioꝝ principiū oib⁹ his modis. Confirmatur vero: qz sic hō qz pōt esse ꝑn⁹ p gñone: facet⁹ est pfect⁹ sm corp⁹ vt statim posset gñare: pari rōne: quia pōt esse rōe alc ꝑn⁹ p instructionem et gubernationē: scūs est perfectus sm animam: vt statim posset instruere et gubernare. Alie vero singulares consequentie declarāntur.

Prima quidē quia instructio sine sciētia pfici nequit. Secunda vero, quia in vniuersis his homo nat⁹ est naturaliter instrui. Tertia est per se nota. Prima quoq; consequentia ad altam partē probatur: quia hō ordinatur ad altam finem supernaturalem: fecūda sequitur ex hac manifeste. Et confirmatur ex statu ꝑfecti: quo ea que sunt fidei nosse oportet. Ad tertiū; dicit membrum consequentie probatio supponitur ex appositio. Quia scilicet sicut deno non deficit in necessarijs: ita non abundat superfluis in institutione rerum: sed notitia talium neutralium erat superflua: vt patet de notitia cogitationum: et futuroꝝ: et occultoꝝ indiuiduoꝝ et cetera. hec enim eo quia necessaria nec parti speculatiue nec parti practicē erant vt patet ex dictis: superflua esse ꝓ statu illo relinquuntur.

¶ Utrum primus homo habuerit sciētiam omnium. Articulus. 3.

DTertiū sic ꝓcedit. Videt, q̃ primus hō nō habuerit scientiā oim. Aut em habuit talem scientiā per spēs acq̃sitas: aut per spēs connaturales: aut per spēs infusas. Nō autē per spēs acquisitas. Huiusmodi em cognitio ab experiētia causat: vt dicit in.1. meta. Ipse autē nō tūc fuerat oīa expertus. Sīr etiā nec per spēs connāles: quia erat eiusdē nature nobiscū: anima autem nostra est sicut tabula in qua nihil est scriptū: vt dicit in.3. de aia. Si aūt per spēs infusas: ergo sciētia eius quā habebat de rebus: non erat eiusdē rationis cū scientia nostra: quam a rebus acquirimus. ¶ Sꝫ. In oibus indiuiduis eiusdem speciei idem modus cōsequendi perfectionem. Sed alij hoies non statim in sui principio hūt oim sciētiam: ꝫ eam per rēporis successionē acquirūt ꝫ suū modū. Ergo nec adā statim format⁹ habuit oim sciam. ¶ Sꝫ. Status ꝑfīs vite hōi ꝓcedit: vt i eo ꝑficiat aia z quantū ad cognitionē z quantū ad meritum. Propter hoc em aia corpi vī eē vnita. Sed hō in statu illo ꝓfecisset quātū ad meritum. Ergo etiā ꝓfecisset ḡtū ad cognitio nē rerum. Nō ergo habuit oim rerū sciam.

Sed contra Est, q̃ ipe imposuit nomina aialib⁹: vt dicit gen. 2. Noia aūt debēt naturis rez cōgruere. Ergo adā sciuit naturas oīz aialiū et ꝑt ratioe habuit omnium alioꝝ sciam.

Rñdeo Dīm: qđ nāli ordine ꝓfectū ꝓcedit impfectū: sicut z act⁹ potētiā⁹: qz ea q̃ sunt in potētia nō reducūt ad actū nisi ꝑ aliq̃d ens actu. Et qz res ꝑmitus a deo instituite sunt nō solū vt in septis essent sz ēt vt essent alioꝝ ꝑncipia. nō ꝑduce sunt in statu ꝓfecto: in quo possent esse ꝑncipia alioꝝ. Hō aūt pōt esse ꝑncipiū alterius nō solū ꝑ gñationē corꝑis: sz ēt ꝑ instructionem z gubernationez. Et ideo sicut primus hō instituus est in statu perfecto quātū ad corpus: vt statim posset gñare: ita ēt instituꝫ est in statu ꝓfecto quātuz ad aiam vt statim posset alios instruere et gubernare. Nō potest autē aliquis instruere nisi habeat sciam. Et iō primus sic institutus a deo: vt haberet omniū sciētiā: in q̃bus hō natus est instrui. Et hec sunt oia illa q̃ virtualr existunt in primis principijs p se notis: q̃cunq; s. nāl' homines cognosce re pñt. Ad gubernationem autē vite ꝑprie z alioꝝ nō solum requirit cognitio eoꝝum que nāliter sciri pñt: sed ēt cognitio eoꝝ q̃ nālem cognitionē exceedunt: eo q̃ vita hois ordinatur ad quendam finem supernaturalem: sicut nobis ad gubernationem vite nostre necessarium est cognoscere que fidei sunt. Unde z de his supernaturalibus tātā cognitionem primus homo accepit quantā erat necessaria ad gubernationē vite humane ꝑm statuz illū. Illa vo q̃ nec naturalit hois studio cognosci pñt: nec sunt necessaria ad gubernationē vite humane ꝑmus hō nō cognouit: sicut sunt cogitatiōes hominū: futura cōtingentia: z quedā singularia: pura quot lapilli taceant in flumine: z alia hmōi.

Ad primū Ergo dīm, q̃ primus hō habuit sciam omniū p spēs a deo infusas: nec tū scia illa fuit alterī⁹ ratiōis a scia nāa: sicut nec oculi quos cecato nato Christ⁹ dedit, fuerunt alterius rōnis ab oculis: quos nā ꝑduxit. ¶ Ad sm dicēdū, q̃ adā debebat aliquid habere perfectiōis in quantū erat primus homo: quod ceteris hominib⁹ non competit: vt ex dictis patet⁶. ¶ Ad tertiū dīm, q̃ adā in scia naturaliū scibiliū: nō ꝓfecisset quantū ad numerū scitoꝝ: sed ḡtū ad modū sciēdi: quia que sciebat intellectualiter: sciuisset posīmodum per experimentū. Quantū vero ad supernālia cognita, ꝑfecisset ēt ḡtū ad numerū ꝑ nouas reuelatiōes: sicut z angeli ꝑficiunt per nouas illuminationes. Nec tū est sīle de ꝓfectu meriti z scie: qz vnus hō nō est alteri principiū merendi, sicut z sciendi.

¶ Utr hō ip⁹ statu decipi potuisset. ar. 4.

Ad quartū Sic ꝓcedit. Videtur q̃ hō in primo statu decipi potuisset. Dicit enim ap̄s. 1. ad Tim. 2. q̃ mulier seducta in preuaricatione fuit. ¶ Preterea. Magister dicit. 21. dist. 2. sen. q̃ ideo mulier nō horruit serpentem loquentē: qz officiū loquendi eum accepisse a deo putauit. Sed hoc falsum erat. Ergo mulier decepta fuit ante peccatum. ¶ Sꝫ. Naturale est q̃ quanto aliquid remotius vī: tanto minus vī. Sed natura oculi non est cōtracta per pctm. Ergo hoc idē in statu innocētie contigisset. Fuisset ergo hō decepꝫ circa ēntitatem rei vise: sicut z mō. ¶ Sꝫ. Aug. dicit. 12. super gen. ad lram, q̃ in somno adheret aīa similitudini tāquā ipsi rei. Sed homo in statu innocentie comedisset: z ꝑ ꝑns dormiuisset z somniasset. Ergo deceptus fuisset adherendo similitudinibus tanq̃ rebus. ¶ Sꝫ. Primus homo nescisset cogitationes hominū: z futura contingentia: vt dictum est ⁶. Si igitur aliquis super his sibi falsum diceret deceptus fuisset.

Sed contra est, q̃ Aug. dicit, Apposite instituti hominis: sed pena damnati.

Rñdeo Dīm, q̃ quidam dixerunt q̃ in nomine deceptionis duo possunt intelligi. scilicet qualiscūq; existimatio leuis qua aliquis adheret falso tanq̃ vero sine assensu credulitatis: z ītez firma credulitas. Quantū ergo ad ea quorum sciētiam Adam habebat neutro istorum modo rum homo decipi poterat ante peccatū. Sz quantum ad ea quorum sciētiam non habebat decipi poterat large accepta deceptione pro existimatione qualicūq; sine assensu credulitatis. Nō ideo est dicti: qz existimare falsum in talibus nō est noxiū bon: z ex quo temere assensus nō adhibetur: non est culpabile. Sed hec positio non cōuenit integritati primi status. Qz vt Aug. dicit. 14. de ci. dei, in illo statu erat deuitatio trāquilla peccati: qua manēte nullum malū omnino esse poterat. Manifestū est autē q̃ sicut verū est bonū intellectus: ita falsum est malum eius: vt dicitur in. 6. ethi. Uñ non poterat esse q̃ innocentia manente intellectus hois alicui falso acq̃sceret quasi vero. Sicut em in mēbris corporis primi hois erat quidē carētia perfectionis alicui⁹: puta claritatis: nō tū aliq̃d malū inesse poterat: ita in intellectu poterat esse carētia notitie alicuius: nulla tū poterat ibi esse existimatio falsi. Quod etiam ex ipsa rectitudine primi stat⁹ apparet. Sed ḡdiu aīa maneret deo subdita: tādiu in hoie inferiora superioꝝ⁹ subderent: nec superiora p inferiora impederētur. Manifestū est autē ex ꝓmissis⁶: q̃ intell⁹ circa ꝓpriū obm semp verꝫ est. Uñ ex seipso nunq̃ decipit: sed ois deceptio accidit in intellectu ex aliquo inferiori: puta fanta sia vel aliquo hmōi. Unde videmus q̃ qñ nāle iudicatoriū non est ligatū: non decipimur per hmōi apparitiones: ꝫ solum qñ ligatur: vt ꝑz in dormientib⁹. Uñ manifestū est q̃ rectitudo primi status nō cōpatiebatur aliquā deceptionē circa intellectum.

Ad primū Ergo dicendū, q̃ illa seductio mulieris: etsi non precesserit peccatū operis: subsecuta tamen est peccatum interne elatiōis. Dicit em Aug. 2. super Genē. ad literam: q̃ mulier verbum serpentis nō crederet: nisi iam inesset menti eius amor propie potestatis: z quedam de se superba presumptio. ¶ Ad sm dicendū, q̃ mulier putauit serpentem hoc accepisse loquendi officiū: nō per nām ꝫ aliq̃ supernāli operatione. Quāuis non sit necessarium autoritatez magri sen. sequi in hac pte. ¶ Ad tertiū dīm, q̃ si aliquid repꝛesentatum fuisset sensui vel fantasie primi hois aliter q̃m sit in rerum nā: non tamen deciperetur: qz per rōnem veritatem dijudicaret. ¶ Ad quartū dīm, q̃ id qđ accidit in somno non imputatur homini: qz non ꝫ vsum rōnis qui est proprius hominis act⁹. ¶ Ad quintū dicendum, q̃ aliqui dicenti falsum de contingentibus futuris vel cogitationibus cordium: homo in statu innocentie non credidisset ita eē: sed credidisset q̃ hoc esset possibile. Et hoc nō esset existimare falsuz. Vel potest dici q̃ diuinitus ei subuenturum fuisset ne deciperetur in his quoꝝum scientiam non habebat. Nec est inſtātia quā q̃dam afferunt q̃ in tētatione non fuit ei subuentū ne deciperetur: ꝫ tunc maxime indigeret. Omnia tā ꝓcesserat peccatum in animo: z ad diuinū auxiliū recursuz ſi habuit.

¶ De his que pertinent ad voluntatē primi hominis. s. gratia z iustitia. Qō. 95.

Deinde Considerandū est de his q̃ pertinent ad voluntatem primi hominis.

¶ Et circa hoc consideranda sunt duo. Primo quidem de gra z iustitia primi hominis. Secōo de vsu iustitie quātū ad dīnū sup alia. ¶ Circa primū querūtur quatuor. Primo vtrū hō creatus fuerit in gratia. Secūdo vtrū in statu innocentie habuerit aīe passiones. Tertio vtrū hūit virtutes oēs. Quarto vtrū opa ei⁹ fuit essent eq̃ efficacia ad merendū: sicut mō sunt.

¶ Utrū ꝑm⁹ hō fuerit creat⁹ in gra. Ar. 1.

Ad primū Sic ꝓceditur. Videtur quod primus hō nō fuerit creatus in gratia. Ap̄s enim. 1. Corint. 15. distinguens Adam a Christo dicit. Factus est primus Adam in aiam viuentem: nouissimus autem in spīm viuificātē. Sed viuificatio spīrit⁹ est p gram. Ergo hoc est ꝑpriū Christi q̃ fuerit factus in gra. ¶ Sꝫ. Aug. dicit in lib. de qōnib⁹ veteris z noui testamēti: q̃ adam nō habuit spm sctm. Sed quicunq; hz gratiā habet spm sctm. Ergo adam nō fuit creatus in gratia. ¶ Sꝫ. Aug. dicit in lib. de correptione z gra, q̃ deus sic ordinauit angelorū z hominum vitā: vt prius in eis ostēderet qđ posset eorum liberū arb. deinde qđ posset sue gre beneficium iustitieq; iudiciū.

Primo ergo condidit hoiem z angelū in sola nāli arbitrij libertate: z posīmodū ei gratiam contulit. ¶ Magister dicit in. 23. distin. lib. 2. sen. q̃ homini in creatione datum est auxilium: per q̃d stare poterat: sed nō poterat proficere. Quicunq; aūt habet gratiaz potest proficere per meritum. Ergo primus homo non fuit creatus in gratia. ¶ Sꝫ. Ad hoc q̃ aliquis accipiat gratiam requiritur consensus ex parte recipientis: cum per hoc perficiatur matrimonium quoddam spirituale inter deum z animam. Sed consensus in gratiam esse nō pōt nisi prius existentis. Ergo homo non accepit gratiam in primo instanti sue creationis. ¶ Sꝫ. Natura plus distat a gratia q̃m gratia a gloria que nihil est aliud q̃m gratia consummata. Sed in homine gratia precessit gloriam. Ergo multo magis natura precessit gratiam.

Sed cōtra Homo z angel⁹ equaliter ordinantur ad gratiaz. Sed angelus est creatus in gratia. Dicit enim Aug. 12. de ciui. dei: q̃ de⁹ simul erat in eis cōdens naturam z largiens gratiam⁶. Ergo z homo creatus fuit in gratia.

Rñdeo Dicendum, q̃ quidam dicūt: quod primus homo non fuit creatus in gratia: sed tamen postmodum gratia fuit sibi collata antequam peccasset. Plurime autem sanctoꝝ autoritates attestantur hominem in statu innocentie gratiam habuisse. Sed quod fuerit conditus in gratia: vt alij dicunt: videtur requirere ipsa rectitudo primi status in qua deus hominem fecit: secundū illud Eccle. 7. Deus fecit hominem rectum. Erat enim rectitudo sm hoc q̃ ratio subdebatur deo: rationi vero inferiores vires, z anime corpus. Prima autē subiectio erat causa z secūde z tertie. Quādiu. n. ratio manebat deo subiecta inferiora ei subdebant: vt Aug. dicit. Manifestum est autem q̃ illa subiectio corporis ad animam z inferioꝝ virtū ad rationē nō erat nālis. Alioqn post pctm māsisset: cū etiā in demonib⁹ data nālia post pctm permanserint: vt dio. dicit. 4. ca. de di. no. Uñ manifestū est q̃ illa prima subiectio: quare rō deo subdebat: nō erat solū sm nāz: sz sm supernaturale donū gratie. Nō em pōt esse q̃ effectus sit potior rō cā. Unde Aug. dicit. 13. de ci. dei: q̃ posteaquā ꝓcepti facta transgressio est: confestim gratia deserente diuina de corpore suo nuditate cōfusi sunt. Senserūt enim motum inobedientis carnis sue tanquam reciprocam penam inobedientie sue. Ex quo datur intelligi si deserēte gratia sola

dita superioꝝ⁹ ablq̃ omni turbatione: ergo inferiora intellectu erant illi subdita: ergo non poterat decipi. Antecedens patet cum prima ꝓa. secunda vero probatur: qz intellectus non deciꝑitur: nisi ex aliquo inferiori. Quod probatur dupliciter. primo a priori: quia semper est verum circa ꝓpriū obiectum: ergo ex se semper est verus: ergo si decipitur est ab alio non superiori: ergo inferiori. Secūdo a signo quia videm⁹ q̃ in apparitionibus seu fantasijs: qñ naturale iudicatorium est solutum non decipimur. Cum vero ligatur somno aut infirmitate &c. tunc fallimur. 429

¶ Circa hanc rōnem occurrit dubium: utrū vī verū q̃ intellus semp decipiat ex aliquo inferiori. Qñ intellectus componēdo z diuidendo z discurrēdo versatur p se circa verū z falsum: nec in his actibus est semper verꝫ: vt ex superioꝝ dictis ꝑz. Igitur ex se qñq; ex falsis: z non ex fantasia aut aliquo hmōi.

¶ Ad hoc breuiter dicitur: q̃ nole intellus hic non intelligo ꝑte tiam intellectiuā absolute: sed ipsam vt hz intelligendi officium. Est em hoc supremū in ipsa potentia intellectiua: vt patet ex ap̄s dictis. Intellect⁹ aūt vt sic: hz pro obo iplexum vt sic: circa qđ semper est verꝫ. Et qñ in ordine ad ꝓpriū obiectū semper est verus: ꝑz ex integritate primi status. Secūdo ex rectitudine eiusdē: ex integritate quidem sic: in illo statu nullum malum esse poterat: ergo intellectui ei⁹ non poterat inesse falsuz. Antecedēs ꝑz ex autoritate Aug. Cōsequētia ꝑ bat ꝑmo qz falsum est malū intell⁹: qđ ꝑbatur ex. 6. ethi. qz verum est eius bonū. Deinde ꝑfirmat ex ꝓportionali bono z malo i membris corꝑis: sic quemadmodū: tunc negōe alicuius boni circa membra puta claritatis: nō stabat inhesio alterius malitia in intellectu ponēda est negō scientia aliquoꝝ: nō tamē deceptio aliqua. Et nota bene hanc confirmationem: qñ de directo confutat motiuum opinionis oppositę que ex nescia quorundā concedebat deceptionem aliquale m circa illa. Et per hec satisfactum etiam est rōni eius: quia iam ostensum est: q̃ omne falsum est malum intellectus: z ꝑhr notum illi. ¶ Ex rectitudine vero ar. sic. Quandiu anima erat subdita deo: inferiora hominis erāt sub

474 2. dist 23. q. 2. a. 2 col. Et vi. q. 18. ar. 2 2.4.

426

477 2. dist. 21. q. 2. ar. 1. 16. 8

476 22. d. 5. q. 2. ar. 1. cō. Et. 2. q. 20. q. 2. ad. 2. ar. 3. cō. Et. d. 2 9 q. 1. a. 2. Et. d. 1. ar. 8. cō.

effīs: vt distinguitur ꝫ effīs comparēdi z discurrendi inter pctā. posset que ꝫ nole fanta sie intellexit ipsam esse concomitantiue: z ꝫ intelligere conꝑtenēdo z discurrendo est vnū de concomitātib⁹ Et. d. 2 9 q. 1. a. 2. separata intelligit ꝑ modū subarū separatarū. Ideo omne deceptio dicta est ꝓuenire ex fantasia &c.

313 ar. 3.

¶ Sup questione. 95. Articulum primū.

TItulus clarus: in gratia gratū facientē.

¶ In corpe duo. Primus recitatur quedam opinio. Secundo examinatur z respōdetur simul questo.

¶ Quo ad primum duo referuntur ex opinione. Primum est: q̃ primus homo non est creatus in gratia. Secundū est: q̃ primus homo habuit gratiam antequā peccaret hec de primo. ¶ Quo ad secundū examinantur singula. ¶ Et primo sm ap̄s probatur: quia multi sci hoc senant: deinde primum reprobatur ex ratione rectitudinis primi status: z sic directo ꝛndetur questo affirmatiue. s. q̃ primus homo fuit creatus in gratia. ꝓ batur sic: primus homo fuit factus in statu recto in quo scilz ratio deo inferiores vires rationi z anime corꝑi subdebatur: z prima subiectio erat rō 2ª⁹ 2ª⁹: ergo fuit factus in subiectione inserto rum supernaturaliter go in subiectōe rationis supernāli: qđ est esse factum in gratia. Alias quo ad primam partē probatur autoritate Aug. Prima ꝓa ꝓbatur: qz subiectio illa si fuisset naturalis remāsisset post ꝓcceatū: qz non absstulit naturam. Et cōfirmatur ex demonū naturalibus. Secunda vero consequentia ꝑbatur: ratione: qz effectus non pōt esse potior cā. Et cōfirmatur tera rō auctate Aug. dictis ꝛbo dictis ꝫ ifertioꝝ esse effectū ōfertidis dine gre. Si cēs negatio ꝫ cā negō nis affir⁹ erit ēt affirmatio. Et sic gratia subdēs deo rōne: erat rō quare inferiora superioꝝ⁹ erāt subdita super qđ tota rō stat.

¶ Circa hunc locum aduerte q̃ Scotus in

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.dist.29.q.1.quamuis tenear nobiscum q̄ ad subiectionē talē extēdebatur aliq̄ donum supernāle: discordat ꝑ in hoc: q illud donum supernāle nō vult esse grām gratis facientem sēn charitatem, vt ptz in rūsione ad 4m. Nec vllaz ad hoc rōnē adducit: nisi qr non opz donum illud esse prim̄ meriti. Posset tamē ꝑ eo adduci: qr iustitia originalis stare potest cum pctō mortali: grā autē gratū faciens nequaq̄. Assumptū pbat ex eo q̄ Eua post peccatum mortale adhuc erat in illo statu: vt ꝑz ex eo q̄ non erubescebat: cū tamen esset nuda. Ad hoc breuiter dr q̄ nō ē doctrina S. T. q̄ iust⁹ originālr sit idē q̄d grā. sed q̄ grā gratū faciēs de qua ē sermo sit velut radix iustitie originalis: propter quod subdit supremum hominis deo: vt patet hic 2 inferi⁹. q̄. 100. arti. 1. ad 2m. Et ꝓpterea facti in iustitia originali: concludunt tenent etiam facti in grā: quasi iustitia originalis fuerit quasi gratia quedam gratis data fundata super gratia gratum faciēte. Quomodo autem steterit cū peccato mortali: communis est difficultas: quia talis gratia concessa fuerat vsque ad peccatum exclusiue: sine fuerit cum gratia gratum faciente: siue non. Et dōm mihi videt q̄ per p̄mum peccatum in mente Eue in opere perdita grā, perdita quoq; iustitia est originalis nō simpliciter. i. totaliter: sed quo ad aliq̄d. Simpr vero adimenda referebatur pctō ade ꝑm ordinem diuine prudentie, ea rōne vt dominus nature a pcipio nature ꝓ⁹ auferretur de quo ꝓm nature in uestiuerat. Nec obstat: quia potuisset adam post eue pctm nō peccare. q̄m ꝓfectēcia capus in ratiōe ordinis fuit. Et hoc consonat ꝓportionaliter. Submota enim radice pol sunt aliquandiu rami viuere.

446 ki.q.26 ar.8.cō. fin. 2 ad 6m.

¶ Super Articulum secundum.

TIulus clarus.

¶ In corpore duo. Primo respōdet q̄stio de ipsis passionibus. Scdo de modo earum. ¶ Quo ad primum vnica distinctio cum subdistinctione et conclusione

luta est obedientia carnis ad aiam: q̄ p grāz in anima existentē inferiora ei subdebātur.

Ad primū Ergo dōm, q̄ aplis illa verba inducit ad oñden dū esse corꝑ spuale sicut corꝑ aiale: qr vita spualis corꝑis incepit i Christo q̄ est pr̄i mogenit⁹ ex mortuis: sicut vita corꝑis aialis incepit in Adā. Nō ergo in verbis Aplī hr̄ q̄ Adā nō fuit spualis ꝑm aiam: sz q̄ nō fuit spualis ꝑz corꝑ⁹. ¶ Ad 2m dōz, q̄ sicut Aug. dicit in eodē li. nō negat quin aliquo mō fuerit i adā spūsan. sicut z i alijs iustis, sz q̄ nō sic fuerit i eo sicut nūc est in fidelib⁹ q̄ admittūt ad p̄ceptionē hr̄ditatis eterne statim post mortē. ¶ Ad 3m dōm, q̄ ex illa autoritate Aug. nō hr̄ q̄ angel⁹ vel hō ꝓpus fuerit creat⁹ in nāli libertate arbitrij q̄s habuisset grāz: sz q̄ oñdit q̄d i eis posset libe. arb. añ cōfirmationē z q̄d postmodū ꝓsecuti sunt p aurilliū gre cōfirmātis. ¶ Ad 4m dōm, q̄ magr loquit ꝑm opinionē illoꝝ q̄ posuerūt hoiem nō esse creatū in grā: sed in nāli⁹ tm̄. Vel pōt dici q̄ etsi hō fuerit creatus in grā: nō tū habuit q̄ ex creatione nature posset ꝓficere p meritū: sed ex superadditione grē. ¶ Ad quintū dōm, q̄ cū mot⁹ volūtatis nō sit cōtinuus: nihil phibet etiā in primo instāti sue creatiōis primū hoiem grē consensisse. ¶ Ad sextū dōz, q̄ gliaz memur per actum gratie: nō autem gratiam per actū nature. Unde nō est similis ratio.

¶ Utrum in primo homine fuerint anime passiones. Articu. 2.

Ad sc̄'m Sic ꝓceditur. Uidetur q̄ō in primo hoie non fuerint anime passiones. Scōm enim passiones aie cōtingit q̄ caro cōcupiscit aduersus spm̄. Sed hoc nō erat i statu innocen⁸. Ergo in statu innocen⁸ nō erāt ani me passiōes. ¶ Ꝑ. Dia ade erat nobilior q̄s corꝑus. Sz corꝑus ade fuit impassibile. Ergo nec in anima eius fuerūt passiōes. ¶ Ꝑ. Per virtutē moraleꝝ cōprimunt anime passiones. Sed in adā fuit ꝓtus moral⁹ ꝓfecta. Ergo totaliꝝ passiones excludebant ab eo.

Sed Cōtra, q̄ dicit Aug. 14. deci. dei: q̄ erat in eis amor impertur bat⁹ in deum quedam alie anime passiones.

Rñdeo Dōm, q̄ passiones aie sunt i appetitu sensuali: cui⁹ obm est bonū z malū. Añ omniū passionū aie q̄dā ordinant⁹ ad bonū: vt amor z gaudium q̄dam ad malum: vt timor z dolor. Et q: in ꝑmo statu nullum malum aderat: nec immi nebat, nec aliq̄ bonum aberat q̄ cuperet bona volūtas ꝓ tempore illo hñdū: vt ꝑz p Aug. 14. de ci. dei: oēs ille passiones que respiciunt malū in adā non erant: vt timor vt dolor z hmōi: sil̄r nec ille passiones que respiciūt bonū nō habitū et nunc hñdū: vt cupiditas estuās. Ille vero passiones que pñt esse boni pñtis: vt gaudium et amor vel sunt futuri boni in suo tpe hñdi: vt desiderium z spes nō affligens: fuerūt in statu innocētie. Aliter tñ q̄ in nobis. Nā in nobis appetit⁹ sensualis: in quo sunt passiōes: nō totaliꝝ subest rōni. Añ passiōes q̄ō sunt in nobis ꝓuenientes iudiciū rōnis z impedientes: q̄ō ꝓ ex iudicio rōnis ꝓuentes: put sensualis appetit⁹ altqualiter rōni obedit. In statu ꝑ innocētie, inferior appetit⁹ erat rōni totaliꝝ subiectus. Añ nō erāt in eo passiones anime nisi ex rōnis iudicio cōsequētes.

Ad primū Ergo dōm, q̄ō caro cōcupiscit aduersus spiritū p hoc q̄ passiōes rōni repugnāt⁸. Nō in statu innocen⁸ nō erat. ¶ Ad 2m dōm, q̄ corꝑ⁹ hūanū i statu innocen⁸ erat impassibile q̄tū ad passiōes q̄ remouēt dispōnē nāle: vt infra dicet⁸. Et silr aia fuit impassibilis q̄tuz ad passiōes q̄ ipediūt rōnē. ¶ Ad tertiū dōm q̄ pfecta ꝑt⁹ moralis nō totaliꝝ rollit passiones: sed ordinat eas. Ꝑperati em̄ est cōcupiscere sicut opz: z q̄ opz: vt dicit in. 3. ethi.

¶ Utrū adā habuerit oēs virtutes. Ar. 3.

A tertiū Sic ꝓceditur. Uī q̄ō Adam nō habuerit oēs virtutes. Quedā em̄ ꝓtutes ordinātur ad refrenādā immoderātiā passionū: sicut p tēpantiā refrenat immoderata cōcupiscētia: z p fortitudinē immoderat⁹ timor. Sed immoderātia passionū nō erat in statu innocētie. Ergo nec dicte ꝓtutes. ¶ Ꝑ. Quedā ꝓtutes sunt circa passiones respiciētes malū: vt māsuetudo circa iras: z fortitudo circa timores. Sz tales passiōes nō erāt in statu innocen⁸: vt dictū ē⁸. Ergo nec hmōi ꝓtutes. ¶ Ꝑ. Pnia est q̄dā ꝓtus respiciēs pctm pr⁹ ꝓmissum. Dia ēt est q̄dā ꝓt⁹ respiciēs miseriā. Sz in statu innocētie nō erat pctm: nec miseria. Ergo nec hmōi ꝓtutes. ¶ Ꝑ. Perseuerātia ē q̄dā ꝓtus. Sz hāc Adā nō habuit vt sequēs pctm ostēdit. Ergo nō habuit oēs virtutes. ¶ Ꝑ. Fides quedā virtus est. Sed hec in statu innocētie non fuit. Im portat em̄ enigmaticam cognitionē, q̄ perfectioni primi status repugnare videtur.

Sed cōtra Est, q̄ aug. dicit i qua dā Homel. Princeps vitioꝝ vincit adā de luto terre ad imaginē dei factum: pudicitia armatum: temperantia compositum, claritate splendidum.

Videbitur autē Forte alicui ex his ꝙ predicatio analogi de suis analogatis (puta entis de substantia ⁊ quantitate, aut forme de anima ⁊ albeꝺine ⁊c.) sit sicut predicatio equiuoci de suis equiuocatis : ita quoꝺ non sit predicatio superioris de inferioribus, nec communioris de minus communi:nisi sola voce:sed eiusꝺem de seipso. Non est enim in analogo res vna significata que in vtroq; analogatoꝝ saluetur, ablēq; hoc autem predicatio communioris aut superioris non inueniuntur secūꝺum intrinsecam denominationem,seu existentiam. Sic enim analogum secunꝺum proportionalitatem commune esse ꝺictum est. ¶Fouere quoq; poteſt non parum opinionem hanc processus iuxta primum topi. Aut scilicet analogum est predicatū conuertibile,aut inconuertibile:secluſa vocis communitate. Et cum constet nō esse inconuertibile:(quoniam substantia vt sic se habens aꝺ suum esse quoꝺ ens ꝺe substantia ꝺictum predicat:conuertitur cum substantia:⁊ similiter quantitas sic commensurata suo esse,cum quantitate conuertitur:⁊ sic ꝺe aliis)consequens est:ꝙ analogum,tanq̄ superius,ꝺe analogatis predicari non possit. Superioris enim intentionem suscipere nō poteſt,quoꝺ conuertibile esse compotebatur. ¶Et qm̄ secunꝺū veritatem analoguꝫ vt superius predicatur ꝺe analogatis,⁊ non sola voce cōmune est eis:sed conceptu vnico ꝓportionaliter:cuius vnitas aꝺ hoc ꝙ predicatū aliquoꝺ superioris ratione habeat, sufficit:qꝛ superius nihil aliuꝺ sonat ẽ vnum predicatum aꝺ plura se extendens:vnuꝫ autem nō per accidens,aut congregatione(sicut acervus lapiꝺum) sed per se,constat esse etiam vnum proportione: ideo aꝺ huius veritatis claritatem ex extremis procedendo,scienduꝫ est,ꝙ quia analogum medium est inter vniuocum ⁊ pure equiuocum:consequens est ꝙ analogum iꝺem aliquo modo,⁊ non iꝺem aliquo modo ꝺe suis predicet analogatis. Et quia predicat aliquiꝺ abstrahens aliquo modo a suis analogatis(vt ex premisso patet.c.) cōsequens est,ꝙ comparetur aꝺ sua analogata vt maius aꝺ minora,seu superi⁹ aꝺ inferiora:ſꝫ nō omni no vnū ſm rōnem sit,ꝙ eis imponit. ¶Qꝺ vt clarius pateat, figuraliter ꝺeclarak sic. Tā in equiuocis ẽ vniuocis ẽ analogis,quatuor inueniunť scilicet ꝺue res aꝺ minus,equiuocate, vniuocate aut analogate:⁊ ꝺue res seu rerum rationes equiuocationem,vniuocationem aut analogiam fundantes:verbi gratia. In equiuocatiōe canis inueniuntur hec quatuor:scilꝫ canis marinus,⁊ canis terrestris,⁊ rō illi⁹,⁊ rō isti⁹ ſm nomē canis. In vniuocatiōe quoq; animalis inueniuntur quatuor: scilicet homo ⁊ bos:⁊ natura sensitiua hominis ⁊ natura sensitiua bouis:que animalis vniuocationem fundāt. In analogia similiter entis quatuor sunt scilicet suba ⁊ quātitas:⁊ substantia in quantū commensurata suo esse:⁊ quantitas secūꝺuꝫ q̄ suo esse proportionaꝝ. ¶Et licet prima prima ꝺuo ſcꝫ equiuocata ⁊ vniuocata ⁊ analogata eoꝺem modo quātum aꝺ proꝑositum ſpectat in omnibus his ꝺistinguantur:qꝛ vbilibet ex opposito conꝺistincta sunt:altera tamen ꝺuo vniuocationeꝫ, equiuocationem ⁊ analogiā fundantia,ꝺiuersimode vnita aut ꝺistincta sunt. In equiuocis nāq; rationes ille:puta canis marini ⁊ terrestris,sunt omnino ꝺiuerse ſm rationem,⁊ propter hoc iꝺ q̄ ꝓꝺicat canis ꝺe marino cane,nullo modo ꝓꝺicat ꝺe terrestri:⁊ econuerso:⁊ ideo sola voce cōmunius aut maius equiuocatis ꝺr:⁊ est. In vniuocis vero res ille(puta animalitas in boue ⁊ animalitas in leone)licet numero ⁊ specie ꝺiuerse sint:ratione tamen omnino eaꝺem sunt:ratio em̄ vnius,est omnino eaꝺem ꝙ ratio alterius:⁊ econuerso:⁊ propter hoc iꝺ q̄ ꝓꝺicat animal ꝺe homine:iꝺem omnino ꝓꝺicat ꝺe boue: ⁊ vniuocū ꝺr:⁊ superius ꝺe homine ⁊ boue. In analogis autez res analogiam fundantes(puta quātitas vt sic se habens aꝺ esse,⁊ substantia vt sic se habens aꝺ esse)ſꝫ ꝺiuerse sint ⁊ numero ⁊ specie ⁊ genere:ratione tamen eaꝺem sunt non omnino, sed proportionaliter : quoniam vnius ratio proportionaliter eaꝺem est alteri. Et propter hoc iꝺ q̄ ꝓꝺicat analogum puta ens ꝺe quātitate:illuꝺmet proportionaliter ꝓꝺicat ꝺe substantia:⁊ econuerso. Est enim illuꝺmet proportionaliter iꝺ q̄ in substantia ponit:⁊ econuerso.⁊ propter hoc analogum(puta ens) nō sola voce cōius,maius aut superius analogatis est.ſꝫ cōceptu(vt ꝺictū est) proportionaliter vno. Ita ꝙ analogū ⁊ vniuocum cōueniunt in hoc:ꝙ vtriusq; cōtoris ⁊ superioris rōnem habet. Differunt añt in hoc,ꝙ illuꝺ est superius analogice seu proportionaliter:hoc vero vniuoce. Et merito:qꝛ fundamentū superioritatis vtrobiq; saluaꝫ,vniuocationis añt nō. Fundaꝫ em̄ superioritas super identitate rationis rei significate. i. sup hoc ꝙ res significata inuenitur non in hoc tm̄:sed illamet non numero sed ratione inuenitur in alio. Univocatio añt sup modo identitatis omnimoꝺe scilicet identitate rationis rei significate. i. super hoc quoꝺ ratio rei significate in illo ⁊ in isto est eaꝺem omnino. Quamuis enim in analogis hic identitatis modus non inueniatur,quē in vniuocis inuenīri pluries ꝺcīi est:identitas tamē ipsa rationis rationū +inuenitur. Et nāq; identitas proportionalis , identitas quoꝺam. Et iꝺeo non minus analogum(puta ens)est predicatum superius quā vniuocum:puta animal:sed alio modo:analogum enim est superius proportionaliter:qꝛ fundatur supra identitatē proportionalis rōnis rei significate,vniuocū añt precise ⁊ simpliciter:qꝛ super omnimoꝺa identitate rōnis rei significate eius superioritas fundatur. Propter qꝺ̄ S. T. superioritas fundamētū aspiciēs in.5.meta. ꝺixit,ꝙ ens est superi⁹ aꝺ omnia sicut animal aꝺ homineꝫ bouem. ¶Unde obiectiōes aꝺ oppositum aꝺducte,in hoc peccant:ꝙ inter identitatē,⁊ moꝺum identitatis non ꝺistinguunt. Fatenꝺū est em̄,ꝙ aꝺ hoc ꝙ aliquis terminus ꝺenominet superiꝰ,aut cōmunioꝝ opꝫ vt rē vnā ⁊ eaꝺem in vtroq; ponat:sed sophisma cōsequentis cōmittitur,inferēꝺo ex hoc,ergo opꝫ ꝙ ꝺicat rē vnā ⁊ eaꝺē omnino. Et est semper sermo ꝺe identitate ſcm rationem,seu ꝺiffinitionem. Identitas enim ⁊ vnitas continēt sub se non solum vnitatem ⁊ identitatem omnimoꝺā:sed proportionalem:que in analogis nominis ratione saluatur. Negandum est igitur,ꝙ in analogis nō ꝓꝺicatur iꝺem ꝺe vno ⁊ alio analogatoꝝ:quoniā vnum ⁊ iꝺē proportionaliter ꝺe omnibus analogatis ꝺicitur:⁊ propterea inter predicata nō cōuertibilia numerandū est. Quātitas em̄ si licet aꝺequet ens ꝺe quātitate verificatū ſm rationem omnino eaꝺem:nō tm̄ ſm rationem illam proportionaliter:qm̄ entis ratio non alia proportionaliter aꝺ substantiā ⁊ qualitatē se extendit. Uerū quia analogum sonat identitatem proportionalem:iꝺeo hmōi rationibus formaliter rñꝺendo,nullo pacto cōcedendū est analogū cōuerti cū aliquo analogaro. ¶Ad ma-

Alias +identitas tm̄ rōnis ⁊c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

teriam tñ descendendo:põt intrepide dici,q̃ q̃ analogũ ratio nẽ vnam proportionaliter tantum predicat:z vnum proportionaliter plura esse proportionibus similia manifestuz est dupliciter potest secundum singulas rationes ad analogata comparari. Uno modo absolute:z sic fm singulas rationes cum singulis analogatis cõuertit:q̃ nulla omnino vna analogi ratio in duobus analogatis inuenitur. Alio modo fm identitatem proportionalem,quã hz vna cũ altera:z sic cum nullo analogato ꝙuertitur:quoniã omnes analogi rõnes induisse sunt ꝓportionaliter:z vna est altera proportionaliter. Et quia(vt dictũ est)analogum hanc sonat identitatem:ideo formaliter z simpliciter loquendo,analogũ inconuertibile z cõmunius predicatum ꝓcedendum est esse. Non tamen genus,aut species aut proprium:aut diffinitio:aut differẽtia,aut accidens vniuersaliter est. Nec propterea diminutus Ari.aut Porphy.fuit:quoniam predicabile quod simpliciter vnum est,docebant:ac per hoc inter equiuoca numerarunt. ¶Ex predictis autẽ manifeste patet,q̃ analogum non conceptũ diuiũctum,nec vnum precisum inequaliter participatũ,nec vnum ordine:sed conceptũ vnum ꝓportione dicit z predicat. De ordine tamen in analogis incluso infra tractabitur. Unde cum dr de homine,aut albedine,aut quocunq̃ alio q̃ est ens:nõ est sensus,qõ sit substãtia,vel accidens:sed sic se habens ad esse. Utor autẽ ly sic:quoniam de ꝓprijs nominibus proportionum ad esse in actu exercito eas importantibus ,disputare nolo ad presens: quoniam metaphysici negotij opus hoc est,z exemplariter hic de ente loquimur. Simile siquidem est de actu,potentia,forma, materia,principio,causa,z alijs huiusmodi iudicium.

¶Qualis analogatoꝝ fm analogi nomen diffinitio. Capi.7.

Apparere quoq̃ Poterit alicui q̃ in ratione vnius analogati (puta qualitatis)fm analogi,puta entis nomen alterius analogati,puta substantie vel quantitatis ratio fm idem analogi nomẽ cadere debeat:sicut in analogia attributionis contingere dictum est. Fundamẽtum autem inde apparentia hec sumit:quia ratio vnius analogati vt eadem proportionaliter est alteri,absq̃ illa altera expressi cõplete neq̃t. Dcm̃ est autem ,q̃ analogo nomine rationes he importantur vt eadem proportionaliter sunt. ¶Et cõfirmat hoc expositio ipsa analogie ab Artis.Auer.z.S.T.in primo eth.posita. Exponunt em̃ q̃ bonũ seu perfectio analogice dicitur de visu z intellectu:q̃ sicut visus in corpore:ita intellectus in alia pfectio est. Constat añt q̃ nõ est intelligibile hoc se habere sicut illud: nisi vtrũq̃ extremoꝝ percipiatur. Necessario igitur videtur vnũ analogatoꝝ fm analogi nomẽ p aliud diffiniẽdũ esse.

Ut autẽ Liqueat huius ambiguitatis solutio:recolendum est analoga hec duplr inueniri scz ꝓprie z metaphorice. Diuersimode em̃ hec se habent ad ꝓpositã qõnẽ. In analogia siquidem fm metaphoram,opz vnum in alterius ratione poni , non indifferenter,sed ꝓprie sumptũ,in ratione sui metaphorice sumpti claudi necesse est:qm̃ impossibile est intelligere quid sit aliquid fm metaphoricũ nomen,non cognito illo:ad cui⁹ metaphoram dr. Nec em̃ fieri põt vt intelligã quid sit pratũ in eo qõ rideus:nisi sciã quid significet risus nomẽ ꝓprie sumptum ad cuius silitudinẽ dr pratũ ridere.

¶Est añt hui⁹ rõ radicalis:quia analogũ metaphorice sumptũ:nihil aliud p̃dicat,q̃s hoc se habere ad similitudinẽ illi⁹: qõ absq̃ altero extremo intelligi nequit. Et propter hoc huiusmodi analoga prius dr̃ his in quibus propie saluant: z posteri⁹ de his in q̃bus metaphorice inueniuntur:z hñt in hoc affinitatem cum analogis fm attributionem:vt p̃z. In analogia vero in qua nominis saluatur ꝓprietas ,nullũ analogi mẽbrũ per alterũ diffiniri opz:nisi forte gratia materie:vt S.T. in.2.q.de veri.arti.xj.docuit. Sunt em̃ analogatoꝝ rõnes fm analogi nomẽ quodãmodo medie inter analoga fm attributionem,z vniuoca. In analogis em̃ fm attributionẽ primũ diffinit reliqua. In vniuocis vero neutrũ alterꝝ diffinit,sz vnus diffinitio est ꝓpleta alteri⁹ diffinitio:z ecõuerso. In analogis añt neutrũ alterũ diffinit:sz vni⁹ diffinitio est ꝓportionaliter alteri⁹ diffinitio. Et loq̃mur semp de rõne fm nomẽ cõe. Ubi g. in diffinitione coꝝ dis fm qõ principiũ aialis,nõ ponit fundamentũ fm q̃ principium domus:nec econuerso:sed eadẽ ꝓportionaliter est principiũ ratio vtrobiq̃:vt Com.vbi supra dicit.

¶Duab⁹ añt opus est distinctionib⁹ vti in re hac:ea.s.q̃ in logica tradit de actu signato z exercito:z ea q̃ a metaphysico,vt plurimũ tractat,de ordine rex sub vno noie ex pte rei:z pte impositionis nominis. ¶Ex prima siquidẽ distinctione scimus duo. Primo.q̃ sicut animal dictum de hoie z equo,importans vniuocatione in actu exercito,nõ predicat de hoie totum hoc s.naturã sensitiuam eandem oino fm rõnem nature sensitiue equi z bouis:sed naturam sensitiuam simpliciter:quam tñ ad hoc q̃ vniuoca sit predicatio,opz esse oino eandem fm rõnem nature sensitiue equi z bouis:ita ens importans proportionalitatem in actu exercito,nõ predicat de quãtitate totum hoc.s. habens se ad esse sic proportionaliter vt substantia aut qualitas ad suũ esse:sed habens se ad esse sic absq̃ alia additione:q̃ tñ oportet ad hoc q̃ analoga sit p̃dicatio,idem proportionaliter esse cum altero:sic se habere ad esse quod de substãtia aut qualitate ens predicat. ¶Scõo , q̃ sicut ex declaratione qua manifestatur animal esse vniuocum:q̃ dicit vnaz z eãdẽ oino rationẽ in omnibus:nõ fallimur,nec confundimur,nec vagamur circa hominis z bouis fm animalis nomen rationem:sed quiescimus,intuẽtes q̃ aial exercet qõ vniuocoꝝ diffinitio z expositio significat. Ita ex hoc q̃ declaratur ens aut bonum aut quodcunq̃ aliud esse analoguz(q̃ dr rõnes plures easdẽ proportionaliter,z importat hoc se habere quemadmodũ proportionaliter se habet illud ad esse vel appetitum ꝛc.)non debem⁹ turbari z inquirere in analogi nominis(puta boni)rõne significationem istã:sed sat sit,distinguẽdo inter actum signatum z exercitum,inspicere q̃ analogi nominis ratio id exercet qõ analogi rõ z declaratio significat. ¶Ex his autẽ duobus patere iam põt intentum,q̃.non oportet vnum analogie mẽbrum per alterum diffinire,ex eo q̃ analogũ significat esse eadem ꝓportionaliter:qm̃ hoc in actu exercito significat. ¶Ex scõa vero distinctione scimus,nõ solum q̃ preposterus est ordo rerum z significationum qñq̃ sub noie analogoꝝ ita q̃ prior fm rem ratio posterioꝝ interdum significatione est(vt de ente z bono , z alijs huiusmodi cõibus deo z creaturis accidit:ratio enim quam in deo quodlibet horum ponit , significatione quidem posterioꝝ,re autem prioꝝ est)z q̃ ꝓ alterum horuz dicitur analogum predicare de suis analogatis fm prius z posterius,ipsam analogi rationem. ✝Sed etiã scimus,q̃ quando ratio quam ponit analogum in vno ex ratione quam in altero ponit exponitur:nõ ideo fit:q̃ vnum in alterius ratione cadat:sed q̃ vnius ratio posterioꝝ altera est significatione z priorem vtpote notioꝝ declaratur.vt S.T.in.2.ar.q.13.pri me partis fecit:declarans,q̃ dicẽdo,q̃ deus est bonus:sensus est:id qõ bonitatẽ in creaturis dicimus,preexistit in deo ꝓportionaliter ꝛc. Et eadẽ intelligẽdũ est rõne fieri,si posterioꝝ fm rem per prioꝝ declaret. Non diffinit ergo analogum secundũ vnam rationẽ,seipsum fm alterã:licet exponat z declaret.

✝Alis p̃dicari de suis analogatis ꝛ pos. secũdũ ipsam analogi rationẽ.

Obiectionibus Autem in oppositũ ẽq̃us ex dictis satisfactũ fit:formaliter rñderi põt.q̃ cognosci aliqua vt eadẽ proportionaliter:seu hoc se hr̃e sicut illud,duplr contingit. Uno mõ formaliter.i.quo ad relationẽ idẽtitatis z similitudinis:z sic absq̃ extremis cognitio hec haberi nõ põt. Alio modo fundamẽtaliter.z sic in ratione vnius nõ cadit reliquum:sed ratio vnius est alteri⁹ rõ, oino,vel ꝓportionaliter. Cõstat añt,q̃ analogum nomẽ(puta ens aut bonũ)nõ relationẽ idẽtitatisaut similitudinis signat sed fundamẽtũ:z tõ obiectiones q̃ iuxta primũ sensum procedunt:nihil ꝛcludunt z intentum. Ptz añt facillime hec esse vera exẽpla de vniuocis,ponendo z applicãdo ad idẽtitatẽ vniuocationis. Signiat nãq̃ nomen vniuocũ plura inquãtũ eadẽ sunt vniuoce,seu secundum rationem omnino. Et identitatis relatio in nullo extremoꝝ absq̃ altero intelligibilis est ꝛc.

¶Qualis sit in analogo comparatio. Capitu.8.

Difficultas Etiã non parua (que multos inuasit ac superauit) de comparatione in analogo dilucidanda est. Creditum enim a quibusdam est , q̃ non posset analogia posita,fermo ille nisi extorte exponi:quo vnum analogatum magis perfectius tale secundum analogi nomẽ diceret,verbi gra:substantia est magis aut pfectius ens quã q̃ntitas. Moti sunt añt ex eo,q̃ cõparatio in vno cõmuni,vtrinq̃ facienda est etiam secundum grammaticos:quod in analogo nõ inueniri videtur. Et potest formari ratio pro eis talis. Aut comparantur analogata in vna cõmuni eis ratione:aut in suis rationibus. Non in ratione cõmuni:quia illa analogũ caret:nec in rõnibus ꝓprijs:q̃ tunc falsum est subam eẽ magis ens,q̃ q̃ntitas. Nõ.n.min⁹ aut impfecti⁹ q̃ntitas ẽ sua rõ, quã ens in ea ponit,q̃ substãtia sua ꝛc. Nullo igitur modo videtur comparationem cum analogia saluari posse.

¶Succumbitur autem difficultati huic:q̃ proprium cõparationis fundamentũ non ꝓsideratur. Fundatur em̃ super identitate seu vnitate rei in qua fit comparatio z non super modo identitatis aut vnitatis:sicut de intentione superioritatis prẽdictũ est. Unde cũ analogum ex dictis cõstet rem vnam licet proportionaliter dicere:nihil ꝓhibet in ipso comparari analogata:licet non eo modo quo vniuoca fit comparatio. ¶Ad comparationẽ siquidez cum requirantur z sufficiant hec tria. s.distinctio extremoꝝ z identitas eius in quo fit comparatio , z modus essendi illius in extremis.s.eque vel magis aut minus perfecte:sub identitate autẽ seu vnitate,proportionalis vnitas seu identitas contineatur : põs est q̃ si in diuersis idem ꝓportionaliter eque vel magis aut minus perfecte esse hz comparatio fm illud proportionale fieri possit,cõparatione nõ vniuoca,hz analoga. Sicut em̃ q̃ natura sensitiua est in boue,z illamet omnino fm rõnem est in hoie,z perfectius esse hz in homine q̃s in boue : homo perfectius animal boue dicit vniuoca cõparatione:sic,q̃ sic se habere ad esse est in substantia,z hoc idem proportionaliter est in quantitate , z imperfectius esse habet in quantitate q̃s in substãtia:dicitur substãtia magis seu perfectius ens q̃s quantitas,analoga comparatione. vnde S.T.in.7.art.q.7.de po.dei,tripliciter cõparationẽ fieri docẽs duos modos analogice cõparationis ponit aperte ex hoc insinuans cõparationem nõ solum super identitate numerali,specifica,aut generica fundari:sed etiã proportionali.

¶Modi añt cõparationis ibidem traditi sunt hi.s.fm solam quantitatẽ rei participate,z sic vnum album dicitur altero albius. Uel extẽdendo ꝓpter pñs propositũ,hunc modũ ad oẽz comparationẽ vniuocam:dicatur q̃ primus attenditur scõm quantitatẽ rei participare eiusdem omnino fm rationem,siue illa ratio sit specifica siue gñica:vt calidũ magis calidum altero dicitur:z homo perfectius animal leone est. ¶Scõs vero modus attẽdit fm q̃ res aliqua in vno inuenitur participati ue:alterũ vero est per essentiam quẽadmodum hõ platonicus longe perfectioꝝ homo esset nobis. Et abstractione intellectus vtendo:quẽadmodũ bonitas longe melioꝝ est quocunq̃ bono: qõ participatiue bonũ dicitur. ¶Tertius autẽ modus attenditur fm q̃ res aliqua in vno inuenit formaliter z fm se:in altero autẽ virtualiter,z eleuatiũ ad rẽ superioꝝ ordinis. Quem admodũ dicimus q̃ sol est magis calidus q̃s ignis:vel q̃ calor perfecti⁹ esse hz in sole q̃s in igne. Nec est dubiũ hos duos modos vniuocã cõparationẽ impedire:vt S.T.ibidẽ dr.z Aris. in primo eth.de primo modo testatur:vbi bonũ commune nõ vniuoce,sed scõm proportionalitatem dicendũ docet bonitati separate z bonis ceteris per participationem. Patet igitur ex his , eadẽ proportionaliter vt sic esse comparabilia:quamuis physice loquendo in sola specie aut genere comparatio fiat.

Ad Obiectionẽ autẽ in oppositũ,dr q̃ vtroq̃ mõ in analogis cõparatio fit. Cõpant siq̃dẽ analogata(puta suba z quãtitas)in rõne vna z cõi proportionaliter quã analogi nomen(puta ens)dicit:z addit supra analogata:vt ex dictis p̃z. Et cõparantur fm suas rationes fm tñ analogi nomen , que earũ sit perfectioꝝ:secundũ q̃ dicim⁹,substantia est perfectius ens quãtitate:quia ratio entis in substãtia perfectioꝝ est rõne entis in quãtitate. Ita q̃ iuxta istã apparationẽ est sensus.substantia habet perfectionem fm entis nomẽ rationẽ q̃s quantitas:z nõq̃ substãtia est magis aut perfectius substãtia q̃s quãtitas sit quantitas : vt quidã somniare videnẽ. Asi cõparatio ista extẽdit vsq̃ ad analoga fm attributionẽ:hz in tali analogia non nisi abusiue comparatio fieri possit. Dicimus enim q̃ ens reale est magis z perfectius ens ente rationis:qõ per attributionem ad illud,ens dicitur in.4.meta.text.2.quia ens reale habet perfectioꝝ secundũ entis nomen rationẽ . Iuxta quẽ modum si vsus admitteret,diceremus,animal est magis sanũ vrina,quia perfectionem fm sani nomen rationem habet.

¶Qualis sit analogi diuisio z resolutio. Cap.9.

Qualiter autẽ Analogũ diuidẽdum sit: ex dicendis manifestum est. Potest siq̃dẽ trifariã analogi diuisio intelligi. ¶Primo,vt diuidat̃ vox in suas significationes. Dictũ est.n.q̃ analogũ plures rõnes significat immediate:z hec diuisio cõuenit sibi inquãtũ equiuocũ quoddã est. ¶Scõo,vt diuidat̃ significatũ ei⁹ in q̃s mẽbra ei⁹,eo modo quo eius qõ proportionaliter vnũ est:sic z sic ꝓportionatũ mẽbra dici p̃nt. Dictum est enim q̃ analogum nõ ita diuersas rationes significat,quin significet vnã rationẽ proportionaliter. Omnes nanq̃ rationes analogo nomine immediate significate,eadẽ proportionaliter sunt. Ratio autem vna proportionaliter,cum cõstituatur ex pluribus rationibus proportionalibus:in eas secari potest. Hec autem nõ est diuisio analogi in sua analogata:quoniã rationes he in ipsius analogi rõne intrinsece clauduntur,z analogata ea sunt,in quibus rationes ille saluantur non ipse rationes . Entis enim analogata sunt substantia z quantitas : z non rationes entis in substantia z quantitate. Rationes enim(vt dictum est)analoge sunt. ¶Unde tertio modo potest diuidi analogũ diuidendo significatum ei⁹ in sua analogata per diuersos modos quibus analogi rationẽ proportionalem analogata ipsa diuersimode suscipiũt. Ita q̃ diuisum est significatum vnũ proportionaliter:diuidentia sunt modi fundãtes z faciẽtes in analogatis ꝓprias proportiones fm quas fit analogia:cõstituta añt per diuisionem vt partes subiectiue,sunt analogata ipsa.ver.g.Quando ens diuiditur in substantiã z quantitatẽ:diuisum , est ratio entis noie significata:que oẽs in se entis nomine significatas rõnes claudit:vtpote vna ꝓportionaliter diuidentia sunt substantiuũ z mẽsuratiuũ,seu p se z in alio,sicut ex q̃b⁹ substãtia z quãtitas hñt q̃ diuersas entis rõnes subintrẽt,partes añt subiectiue sunt substãtia z quãtitas que in entis rõne analogãtur.

¶Et q̃ hec est ꝓpria analogi diuisio:idcirco distincte explicãdum est,quomodo differat diuisio hec ab vniuoca. Tripliciter siquidẽ differunt. ¶Primo ex parte diuisi:q̃ diuisione vniuoca vnum omnino fm rationem secatur : hic autem vnum proportionaliter. ¶Secundo ex parte diuidentium:q̃ differentie secantes genus sunt extra genus:modi autẽ secantes analoguz in ipsius analogi ratione clauduntur:quẽadmodũ ipsa analogata(vt in capitulo de abstractione declaratum est)propter quod in tertio meta.tex.10.ens genus esse negat. ¶Tertio ex parte ipsarum partium subiectiuarum,que per diuisionem fiunt q̃ partes diuisionis vniuoce licet ordinem habeant secundum se)z originis:vt dualitas est prioꝝ trinitate:z perfectionis:vt albedo est perfectioꝝ nigredine)tñ fm diuisi rationẽ,puta numeri aut coloꝝ:neutra altera prioꝝ aut posterioꝝ est:sed oẽs equaliter in diuisi ratione cõmunicant. Analogata vero,que analoga diuisione constituuntur non solum scõm se,sed etiam in ipsius analogi quod diuiditur ratione:ordinẽ habent:z aliud prius,aliud posterius est:adeo vt in vno eoruz tota ratio diuisi saluari dicatur:in alio autẽ imperfecte z secũdum quid. Quod non est sic intelligendũ:quasi analogum habeat vnam rationem:que tota saluetur in vno,z pars eius saluetur in alio:quoniam puerile est hoc. Sed cum totum idẽ sit quod perfectum.z analogo nomine multe importentur rationes , quarum vna simpliciter z perfecte constituit tale secundum illud nomen,z alie imperfecte z secundum quid:ideo dicitur quod analogum sic diuiditur,quod non tota ratio eius in omnibus analogatis saluatur:nec equaliter participant analogi rationem sed secundum prius z posterius. ¶Cum grano tamen salis accipiendum est analogum simpliciter saluari in vno,z secundum quid in alio. Sufficit enim hoc verificari,vel absolute(vt patet in diuisione entis in substantiam z accidens , illa enim absolute loquendo dicitur ens simpliciter: hoc autem secundum quid)vel in respectu:vt paret in diuisione entis in deum z creaturam. Utrumque enim licet ens simpliciter sit z dicatur absolute loquendo:creatura tamen in respectu ad deum , ens scõm quid z quasi non ens est z dicitur.

Circa resolutionẽ Autẽ analogatoꝝ scien dũ est,q̃ cum vniuersaliter primũ in cõpositione sit vltimũ in resolutione:z per diuisionẽ in ea que actu in aliquo sunt resolutio fiat:eodẽ modo resoluẽda sunt analogata in analogũ,quo cetera resoluuntur.scz vtẽdo diuisione predicta , que vocatur diuisio in partes essentie vel rationis,z a posterioribus secũdum consequentiã ad priora procedendo,si longa esset resolutio facienda . ¶Ad rationem autem analogi cum deuentum fuerit singulis analogatis in suas rationes secundum analogi nomen resolutis:cum illa analogi ratio ex multis constituatur rationibus,ordinem inter se z proportionalem similitudinem habentibus.vel ordinate ad primam resolutio fiet:veniendo semper ad similius z propinquius pume,z id in quo dissimilitudo est relinquendo. Uel si non sic ordinatas inter se contingit esse rationes illas, ad primam omnes modo predicto deducende sunt. Ordinem enim ad primam nulla subterfugere potest. Hec refert in pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

positō:an fiat resolutio ad rationem primā significatione, vel secundum rem. Intelligenda enim sunt hec in suo ordine: scilicet significationum aut rerum.

¶Qualiter de analogo sit scientia. Cap. 10.

VIsum est autem logo scientiam esse non posse: nisi quēadmodum de equiuocis scientia habetur: eo q̄ plures rationes dicit, licet similes. Imo fallacia equocationis cōmitti in syllogismis: in quibus analogo pro medio sumpto, certū analogatum subsumitur (nisi forte gratia materie bon⁹ esset ꝓcessus) asserunt eadē ratione. Nec posset ex vnius analogati ratione fm analogi nomen concludi alterum analogatum tale formaliter esse: sed semper predictum incidere vitium ratione predicta cōfirmant verbi gratia, Si ponamus sapientiam esse analogice cōmunem deo z homini ex hoc q̄ sapientia in homine inuenta fm formalem rationē precise sumpta, dicit perfectionem simpliciter: non cōcludere possum: ergo deus est formaliter sapiens: sic arguendo. ois perfectio simpliciter est in deo: sapientia est perfectio simpliciter: ergo. Mino: eī distinguenda est: z si ly sapientia pro ratione sapientie que est in homine stat, argumentum erit ex quatuor terminis: q: in conclusione sapientia stat pro ratione sapientie quam ponit in deo: cum concluditur, ergo sapientia est in deo. Si autem pro ratione sapientie in deo stat in minore: non cōcluditur ex perfectione sapientie create deum esse sapientem: cuius oppositum z philosophi, z theologi omnes clamant.

¶Decipiuntur autē isti, Scotū (cuius est ratio hec in questione. 1. dist. 3. primi lib.) sequētes: q: in analogo diuersitatem rationum inspiciētes: id q̄ in eo vnitatis z identitatis latet nō considerant. Rationes eī analogi (vt superius etiā diximus) possunt dupl⁹ accipi. Uno modo fm se (inquātum ab inuicem distinguuntur) z ea que conueniunt eis vt sic, seu ex hoc. Alio modo inquantum eadem sunt proportionaliter. Primo modo accepte, vitium equiuocationis inducerēt si quis eis vteretur vt patet. Secundo autē modo eis vtendo, peccatū nullum incurrit: eo q̄ quicq̄d conuenit vni: conuenit etiā alteri proportionaliter: z quicquid negatur de vna, negatur proportionaliter de alia: q: quicq̄d conuenit simili in eo q̄ simile: conuenit etiam illi cuius est simile, proportionalitate semp seruata. Uñ si ex immaterialitate anime cōcluditur eam esse intellectualē ex immaterialitate ꝓportionaliter posita in deo optime cōcluderetur deum esse intellectualē proportionaliter: vt quantum immaterialitas illa excedit istam tantus intellectualitas illa excedat istam ꝛc. Propter quod Sanctus Thomas in q. 2. de pote. dei, art. 5. analogata omnia sub vna analogi distributiōe cadere dixit. Et merito q: vnitas analogie non esset in coordinatione vnitatum numeranda: nisi vnum proportionaliter vnum esset affirmabile z negabile: z consequenter distribuibile, z scibile subiectum. 2. medium, z passio.

¶Unde ad obiecta in oppositū dicitur, q̄ q:, vt in. 2. elench. cap. 10. dicit equiuocatio latens in hmōi ꝓportionalibus, peritissimos etiā latet. ideo oportet hmōi analogis nominibus vtendo ex parte vnitatis, semper modum proportionalitatis subintelligi: aliter in vnuocationē lapsus fieret. Nisi eī pre oculis haberetur proportionalitas cum dicitur immateriale omne esse intellectuale: tāquam vnuoce dictum acciperetur: z latens equiuocatio non visa obreperet.

¶Proportionalitate autē seruata de analogis sciētiam esse z diui Thome processus de bono z vero z aliis hmōi, z quotidianum conuincit exercitium. Testatur quoq; demonstratiue artis pater Arist. in. 2. poste. ca. 11. incip. (Ut habeamus autē proposita vel problemata) analogum causam adequatam esse alicuius passionis, z medium oportet q̄q; a demonstratore assumi, dum venationē ꝓpter quid docens inquit. Amplius alius modus est fm analogiā eligere vnū: idem eī nō est accipere: q̄ oportet vocare sepion z os, z spinā. Sunt autem que sequuntur: z hoc tanē natura vna hmōi existente. Et in seq. cap. ait, Scōm autem analogiam eiusdem: z mediuz se habet fm analogiam. In quibus verbis non solum docuit analogū vt mediuz assumi quandoq; in demonstrationibus: sed etiam ipsum + non esse vnum in se exp̄essit, z cum hoc habere passionem adequatam: ac si vnius esset nature. ¶Nec impedit analogia hec processum formalem ad cocludendum de deo et creaturis predicatū aliquod eis cōe: qm̄ accepta sapientie ratione, z segregatis ab ea per intellectum eis que sunt imperfectionis: ex hoc q̄ id q̄ est sibi proprium formaliter sumptum perfectionem absq; imperfectione claudit, cōcluditur ergo sapientie ratio non oino alia, nec omnino hec, sed hec proportionaliter est in deo: q: similitudo inter deum z creaturā non est vnuoca: sed analoga. Nec pari ratione pōt concludi deū esse lapidem proportionaliter: q: ratiolapidis formaliter sumpta, quātumcūq; expoliata imperfectionē aliquā claudit, q̄ prohibet tam ipsam fm se, q̄ ipsam proportionaliter in deo reperiri: nisi metaphorice: quemadmodū dictum est: petra autē erat Christus. Unde cū sit hmōi processus, omnis perfectio simpliciter est in deo: sapientia est perfectio simpl⁹: ergo ꝛc. in minore ly sapentia non stat pro hac vel illa ratione sapientie: sed pro sapientia vna proportional⁹. 1. pro vtraq; rōne sapientie nō connunctū vel disiunctum: sed inquantū sunt induise proportional⁹: z vna est altera ꝓportionaliter: z ambe vnā ꝓportionaliter constituunt rationē. Significantur eī analogo nomine inquantū eedem sunt: vnde nō oportet analogum distinguere, ad hoc q̄ contradictionē fundet: z enunciationis subiectum aut predicatū fiat: sed ratione identitatis proportionalis in se clause, z quam principaliter dicit, ex se ad hoc sufficit. Cōtradictio eī nō cōsistere in affirmatione z negatiōe eiusdē de eodē ꝛc. z non affirmatione z negatione vniuoci: identitas siquidem tam rerū q̄ rationum (vt pluries replicatum est) ad identitatē proportionalem se extendit. ¶Ex hoc autē apparet Sco. in. 1. sen. dist. 3. q. 1. vel male exposuisse cōceptum vniuocum, vel sibi cōtradicere: dum volens vniuocationē entis fingere ait, Cōceptum vniuocū voco, qui ita est vnus q̄ eius vnitas sufficit ad contradictionē affirmādo z negando ipsum de eodē. z sic vniuocū vult esse ens. Si eī identitas sufficiēs ad contradictionē vniuocatio dicitur: constat q̄ ponendo ens esse analogum z fm proportionalitatē tantum vnum, satisfiet vniuocationi, q̄ scotice doctrine aduersatur tenenti habere conceptum vnum simpliciter z omnino indiuisum: vt de vniuocis diximus. Si autem non omnis talis identitas sufficit ad vniuocationē: non recte igitur vniuocatio cōceptus declarata est esse eam, que ad cōtradictionem sufficit: quasi proportionalis identitas ad hoc non sufficiat.

¶De cautelis necessarijs circa analogorum nominum intellectum z vsum. Cap. 11.

QUia vero Aristot. in predicta ex elenchis authoritate doctissimos viros circa horum nominum conceptus errare dixit ob latentem eorum vnitatis modum. idcirco necessarium fore duximus in fine huius tractatus cautelas quasdā tradere, quibus possit se quis ab errore multiplici in re hac preseruare.

Cauendū Est igitur in primis, ne ex vniuocatione ipsius nois analogi respectu quorundam: credamus simp⁹ ipsum esse vniuocum, omnia enim fere analoga, ꝓprie fuerunt prius vniuoca: z deinde extensione analoga cōmunia proportionaliter illis quib⁹ sunt vniuoca z aliis vel alij facta sunt. Sapientie enim nomē primo impositum est humane sapientie: z vniuocū omniū hominum sapiētis erat. Deinde ad diuine nature cognitionē ascēdentes, ꝓportionalemq; similitudinē inter nos vt sapiētes z deum cōtemplantes sapiētie nomē extēderunt ad id in deo significandum, cui nostra sapiētia proportionalis est, sicq; vniuocum nobis analogum factum est nobis z deo. Et similiter de aliis accidit.

¶Falli autem contingit faciliter ex hoc: quia illa ratio prior vtpote notior z familiarior z prior quo ad nos: semper proferetur ab illustribus viris z eorum sequacibus, quando analogi significatio queritur, z dicitur esse tota analogi ratio: pro qua simpliciter prolatum stat, z omnia analogata illam participare: vt patet cum sapiētie ratio redditur. Assignatur enim differentialis eius conceptus pro ratione: secundum quam cōmunis ponitur deo z creature. z simile est in aliis. Creditur enim ex hoc q̄ illa sit ipsa analogi ratio z incaute vniuocatio accepta tur: non eī illa ratio est ratio analogi: sed eius ouigo quo ad nos, quoniam non illa, sed illa proportionaliter in altero analogato inuenitur: vt ex dictis patet.

Cauendū Scdo est, ne nois vnitas vt diuersitas rationū analogā vnitatē obnubilet: hoc eī tanē quoddā accidens, in re hac suspiciendum est. Nihil minus analogice idem sunt sepion, os z spina vnum non habentia nomen, q̄ si vnū nomen haberent: nec magis idem essent si vnum nomen haberent: z tamen si communi noīe ossa vocarentur: ita quod defectu vocabulorū, vel rerum proportionali similitudine, ossis nomen ad cetera extēsum esset: crederemus eiusdem esse nature, z rationis ossa z spinas ꝛc. Presertim q: (vt dictū fuit) ad ea que sunt proportionaliter eadem consequuntur passiones tanquam si eorum esset natura vna.

Cauendum Tertio est: ne vocalis vnitas rationis analogi nominis mētem reuoluat. Ex eo nanq;: verbi gratia: quod principium dicitur esse id ex quo res fit, aut est, aut cognoscitur: z hec ratio in omnib⁹ que principia dicuntur saluatur principij nomen vniuocum creditur. Erratur autē: q: ratio ipsa non est vna simpliciter: sed proportione z voce: vocabula eī ex quib⁹ integratur, analoga sunt: vt patet: neq; enim fieri, neq; esse, neq; cognosci, neq; ly ex vni⁹ omnino est rationis: sed proportionalis. Et propterea ratio illa in omnibus vtpote proportionalis saluatur: sicut z principij nomen proportionaliter commune dicitur.

Cauendum Demum est: ne diuersa doctor⁹ dicta de analogis, nos perturbēt. Cōsiderandū quippe est, q̄ q: analogū medium inter equiuocū z vniuocū est: z medium extremoru naturam sapiens ad alterum comparatum, alterum induit: adeo vt qñ medio secundum id quod de vno extremo habet vtimur: illius extremi conditiones ei attribuamus (vt in quinto phy. tex. eo. 6. z. 51. patet) ideo plerunq; doctores vtentes analogo ex parte vnitatis quā ex vniuocis participat vniuocorū non solū conditiones (puta abstractionem indistinctionem ꝛc.) sed etiā nomen ei attribuūt: vtentes vero analogo ex parte diuersitatis quā qui ex equiuocis trahit cōditiones quoq; supradictis oppositas, et nomē illi imponunt equiuoci. ¶Et vt de multis pauca dicātur. Aristo. in secundo meta. tex. 4. ens z verum vniuoca vocat: q: ex parte identitatis illis vtitur: vt processus suus aperte ostendit.

¶San. Tho. quoq; pluries dicit in ratione alicuius analogi (puta paternitatis communis diuine z humane paternitati) omnia contenta esse indiuisa z indistincta: z quod paternitas (verbi gratia) abstrahit a paternitate humana z diuina: q: vtitur analogo ex parte identitatis. Nec tamen falso sunt aut abusiue predicte locutiones z similes: sed ample potius, z large. quemadmodum pallidum nigro cōtrarium est z dicitur. Saluatur siquidem in analogis identitas nominis z rationis: in qua (vt ex dictis pt;) non solum analogata: sed etiā singule analogi rationes vniūtur, z quodammodo confundunt: vtpote abstrahentes aliqualiter ab earum diuersitate.

¶Aristote. rursus in primo physi. ex parte diuersitatis entis vtens contra parmēidem multiplex seu equiuocū (vt ipsemet illum textum sic exponendum specialiter in secundo elenchorū tradit) vocauit: vnde z Porphyrius Aristo. dicere ens esse equiuocum accepisse videtur vtēs ente ex parte diuersitatis. Quod tamē Sco. in primo. dist. 3. in. q. 3. in logica Aristo. non inuenirī ideo dixit: q: predictos textus nō coniugauit. Propter quod ibidem quoq; contra textum glossauit principium Arī. contra parmenidē in primo Physi. ter. 13. vt in elēchis (vt dictū est) clare patet. S. Tho. etiā, ens prius esse primo analogato nihilq; deo prius secundum intellectum esse dicit: plurics vtēs analogo ex parte diuersitatis rationū. Quelibet siquidē eius ratio secundum se quia proprium analogatū in se claudit: et in sui abstractione illud secū trahēs cum illo cōuertitur (vt supra diximus) ideo prior secundū consequētiam, aut abstractio: suo analogato negatur, ac per hoc primo analogato et deo nihil est prius: q: eius ratio secūdum analogi nomē, que ipso prior secundū se non est, sed conuertitur: ceteris prioribus rationibus. Cum his tamē stat, quod ratio illa in deo vt eadē est proportionaliter alteri rationi: secūdū idem nomē superior et secundū consequētiam prior logice loquendo sit: vt ex dictis patet. Dico añt logice: quia physice loquendo analogū nec est prius secundum consequentiam omnibus analogatis (q: ab eorū proprijs abstrahere non potest: quanuis vt saluatur in vno sit prius altero) nec potest esse sine primo analogato, vbi analogata cōsequenter se habent. Unde si quis falli non vult solerter sermonis causam coniectet: extremorum conditiones medio applicaturum se recolat: sic enim facile erit omnia sane exponere, et veritatem assequi: que a prima est veritate. Cuius cognitio ex hoc exaltetur et firmetur opusculo completo in conuentu sancti Apollinaris papie suburbio: die primo Septembris. M.cccc.xcviij.

¶Preclarissimus reuerēdissimi do. dñi Tho. de vio, caietani Cardinalis S. Xisti, de nominū analogia tractatus explicit.

¶Eiusdem super duo de conceptu entis quesita, ad fratrem Franciscum de Ferraria magistrum studentium in Conuentu Bononiensi, Responsio.

AMantissime Pater Ex acceptis vestre solicitudinis literis percepi libellum nostrum de analogia nominum vos perlegisse duoq; dubia de conceptu entis mentem vestram tenere, solutiq; a me familiariter flagitastis. Ego autem quamprimum compleui expositionem librorum de anima (cuius fini incumbebam cum vestras recepi) respondere curaui: ne preclaro ingenio tuo deessem. ¶Primum igitur dubium fuit ad hominem meipsum scilicet quia in commentarijs de ente z essentia, sustineo vnum conceptum mentalem representatiuum entis. z in trac. de analogia nominum video: hoc negare. ¶Secundum autem est ad diuum Thomaz: quoniam ego in prefato libello sustineo analogum non absolui ab his, quibus analogum dicitur: z diuus Tho. in. q. de veri. q. 1. ar. 1. docet ens habere conceptū vnum simplicem: ad quem omnia predicamenta, z transcendentia addunt: in quem resoluuntur: qui est primo notus. Hec enim inuicem sibi aduersari videntur: quando quidem si ens absolui non potest a naturis rerum: non erit simplicissimus nec primo notus: nec in quem vltimo resolutio fiat: z ad quem omnes addunt.

Ad euidentiam Horum, z specialiter primi, reco lito quod quicquid est imago alicuius similis alteri: est etiam imago illius alterius quatenus primo assimilatur: ac per hoc omnis conceptus creature est conceptus dei: sicut omnis creatura aliqua est similitudo dei. Hinc ergo fit, q̄ cum vnum proportionabiliter vt sic, habeat singula membra similia proportionabiliter: oportet q̄ habeat etiam vnum conceptum mentalem representatiuū illius vnius proportionabiliter. ¶Nec huius oppositum teneo in tractatu de analogia nominū: sed conceptus iste vnus numero in mente possibilium esse subiectiuum, est vnus analogia secundum esse representatiuum. nec representat vnam solam naturam: sed vltra vnam, quam determinate representat (a qua est impressus) representat implicite ceteras similes illi primo representate secundum id in quo proportionabiliter eis similis est. idem enim est iudicium de similitudine rerum inter se, z conceptus mētalis z rerum. Quemadmodum enim ossis natura similis est nature spine in sustinēdo carnes animalū (in quo analogantur) ita conceptus mentalis ossis vt sustinens carnis, est similis ossi z spine: sed ossi determinate: spine autez implicite: sicut etiam ipsum os nō est simile spine determinate sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptum mentalem: ac per hoc ens: cum analogum sit vnum: hoc pacto habet conceptum in mente a rebus impressum. ¶Alter autem modus super ipsius intellectus opere: quo natus est adunata diuidere: fundatur. z est tunc cōceptus similis vnus numero in mente, representans analogum quidem determinate: nullum autem eorum que fundant analogiam explicite. Contingit autem hoc: cum intelligens mentalem conceptū quē paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura quam representabat: z loco illius nature concipit pronomen aliquod referēs naturas fundantes analogiam indeterminate. verbi gratia, Si conceptus ossis, est os sustinens carnes. intelligens loco ossis ponat q̄, z dicat q̄ sustinet carnes. tunc enim manifeste representatur analogum explicite: implicite autem tantum nature fundantes analogiam. ¶Est autem inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicibus differentia: sed etiam q: primus ad quid rei spectat analogi, secundus autem ad quid nominis: neuter tamen perfecte representat analogū. de quo scilicet perfecto seu adequato explicite conceptu analogi interpretandum est, cum a me vel ab alio scriptum inuenitur, q̄ non potest analogum, vnum numero mentalem conceptum habere: sed vnum analogia tantum. Et quoniam conceptus mentales sunt imagines rerum representatarum (nisi sint ficti) quemadmodū in mēte cōceptus adequatus analogi non est vn⁹, sed exigit representationē omnium fundantium analogiam: ita significatum analogi adequatum z perfectum non potest sic abstrahi, vt obiciatur: repsentet: aut cōcipiat absq; fundantibus rebus. Et sicut in mēte duplex cōceptus imperfectus reperit, ita res significata extra potest obiici dupliciter

imperfecte:scilicet vel in vno expliciter in quo cetera obſiciuntur indeterminate:vel in nullo explicite, ſed omnia implicite in ſolo formaliſſimo ſignificato explicite. ¶Nec predicta contrariantur doctrine Sancti Thome:ens enim primo notum ordine generationis eſt ſecundum conceptum imperfectum: ordine autem diſtincte cognitionis eſt ſecundum conceptum perfectum. ¶Ens quoq; habere conceptum ſimpliciſſimum, conſonat dictis: quoniam cum ſimplicitas compoſitioni opponatur:et vnum analogia non ſit vnum compoſitione aliqua non habet ens ex hoc quod analogum, compoſitionem admixtam. ¶Et vt exercitatione reſolutio monſtretur, ſi ſubſtantiam in ens vis reſoluere, ſi in conceptum diſtinctum entis reſolutio queritur:reſoluetur in ipſam naturam ſubſtãtie quatenus eſſe fundat quod eſt ſimpliciſſimũ: cui z addit ipſa ſubſtantia z addũt trãſcendentia. ¶Et ſi in cõceptũ confuſum: qõ eſt, reſolues:qõ etiam eſt ſimpliciſſimũ:cui etiã p̃dicta addũt. ¶Sz occaſio errãdi multis eſt:qz in reſolutiõe diſtincta querũt reſoluere in vnũ analogia:ſicut cõſueuit reſolui in vnũ vniuocatione. Ita qõ querũt in analogia quaſi vnũ numero terminum ſicut in vniuocis: cũ tamen terminus in analogia ſit vn⁹ proportionabiliter tantũ. Ita qõ z ſingula reſolubilia reſoluuntur in cõceptus ſimplices obiectiuos z mẽtales: z omnia in cõceptũ obiectiuũ z mentalẽ ſimplicem z vnum proportionabiliter. Ita qõ (vt vnico verbo rem abſoluam) ens eſſe primo notum in quod fit omnis reſolutio, in qõ omnia addunt:per modum analogi interpretandum eſt:cum quo ſtare poteſt, q̃ ens ſecundum perfectum adequatumq; cõceptum non abſtrahit a naturis predicamentalibus:ſicut nec aliquod analogum a fundantibus analogiam. ¶In hoc pendet tota vis claritatis rei huius: vt ſemper animaduertas ſecundum analogorum modem hec dici. ¶Plura nunc non mihi occurrunt ad propoſitum dicenda: imo prolixior fui acutiſſimo ingenio tuo:quo ex vnico verbo concepiſſes cuncta. Bene vale: z pro me orare digneris. Rome, die 27. Februarij, 1509.

¶Finis.

Excudebat

Theobaldus Paganus

LVGDVNI.

Regeſtum.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes ſunt Quaterniones, preter HH Quinternum, et KK Ternum.

✠ Index ſeipſum manifeſtat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

